

8/1906

TÖRTÉNELMI TÁR.

KIADJA

A M. TUD. AKADÉMIA TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGÁNAK

HOZZÁJÁRULÁSÁVAL

A MAGYAR TÖRTÉNELMI TÁRSULAT.

SZERKESZTI

DR. KOMÁROMY ANDRÁS.

UJ FOLYAM X.



1909-diki ÉVFOLYAM.

BUDAPEST.

A MAGYAR TÖRTÉNELMI TÁRSULAT TULAJDONA.

1909.

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR
KÖZPONTI KÖNYVTÁR
1906 /19 52 Itsz.

Budapest, az Athenaeum r.-t. könyvnyomdája.

54

TARTALOM.

	Lap
Oklevelek Máramaros vármegye történetéhez. (I—III. közl.) Közli:	
<i>Petrovay György</i>	1, 358, 509
Kiadatlan oklevelek. Közli: <i>Dr. Wertner Mór</i>	27
Apácák levelei a XVII. század közepéről. Közli: <i>Pór Antal</i> ...	42
Buda, Pest, Kassa, Bártfa, Nagyszombat, Pozsony, Eperjes, Sopron városok polgári jogai és régi szokásai. (I—II. közl.)	
Közli: <i>Harsányi István</i>	52, 481
Levéltári kutatások. Közli: <i>Komáromy András</i>	88
Eperjes szab. kir. város jegyzőkönyve. 1424—1509. (I—II. közl.)	
Közli: <i>Dr. Iványi Béla</i>	118, 161
Adalékok II. Rákóczi Ferencz felkeléséhez Szabolcs vármegye levéltárából. (I—III. közl.) Közli: <i>Dr. Zimmerman</i>	
<i>Rezső</i>	133, 269, 336
A zempléni ref. dioecesis zsinatai 1629—1645. (I—II. közl.) Közli:	
<i>Zoványi Jenő</i>	184, 406
Magyar levelek a XVI. századból. Közli: <i>Komáromy András</i>	211
A Pannonhalmán őrzött Guary levéltár kiadatlan oklevelei.	
Közli: <i>Sörös Pongrácz</i>	240
Sayghó Benedek pannonhalmi főapát napló-jegyzetei 1722-ből.	
Közli: <i>Dr. Németh Ambrus</i>	321
Okiratok Bethlen István 1636. évi támadása történetéhez. Közli:	
<i>Dr. Lukinich Imre</i>	378
Eperjes város végrendeleti könyve 1474—1513. Közli: <i>Dr. Iványi</i>	
<i>Béla</i>	438
Kanizsai Pálfi (Paulides) János följegyzései 1600—1634. Közli:	
<i>Kisfaludy Zsigmond</i>	449
A debreczeni diarium. (Első közl.) Közli: <i>Dr. Csűrös Ferencz</i>	529
Adatok a magyar protestans gályarab lelkészek történetéhez.	
Közli: <i>Thury Etele</i>	546
Kiadatlan oklevelek. (Új sorozat.) Közli: <i>Dr. Wertner Mór</i> ...	562

Sörös

VEGYES KÖZLÉSEK.

	Laj.
Esztergam királyi város elzálogosítása 1502-ben. Közli: <i>Pór Antal</i>	153
Adatok a gyulafejevári egyház és levéltár történetéhez. Közli: <i>I. B.</i>	159
Révai László levelei Eszterházy Miklós nádorhoz. Közli: <i>Dr. Merényi Lajos</i>	307
Kassa város jegyzőkönyveiből. Közli: <i>Kemény Lajos</i>	313
Mosonvármegyei nemesi felkelési rendelet 1432-ből. Közli: <i>Mencsik Ferdinánd</i>	319
Ludányi Bay Ferencz örököseinek osztálylevele 1735-ből. Közli: <i>ys</i>	451
Az 1432. évi insurrectio. Közli: <i>Szerémi</i>	479
Diarium complectens historiam belli anno 1809. Közli: <i>Schrödl József</i>	580
<i>Név- és tárgymutató.</i> Összeállította <i>Dr. Herzog József</i>	609

OKLEVELEK MÁRAMAROS VÁRMEGYE TÖRTÉNETÉHEZ.

— ELSŐ KÖZLEMÉNY. —

Máramaros meglelepítését, vajdáit és kenézeit, a nemes családok eredetét és leszármazását, Husztvára építését és történetét, az öt koronaváros fejlődését és viszontagságait rendkívül érdekes lenne megismertetni, annál is inkább, mert ezekről csupamerő valótlanság van a köztudatban elterjedve, a mi nem is csoda, mert a régi viszonyokat sűrű homály fedte s csak 1855-ben kísérlette meg Wenzel Gusztáv némi fényt vetni rá »Kritikai fejtegetések Máramaros vármegyéről« című értekezésében. A magyar történelmi társulat 1889-dik évi kirándulása alkalmával felolvasott s a »Századok«-ban közzétett ismertetések már jobban megvilágították a sötét multat, azóta pedig megjelent dr. Mihályi János oklevéltára: »Máramarosi Diplomák a XIV. és XV. századból«, a melyben addig teljesen ismeretlen 310 oklevél látott napvilágot s így a már elébb különféle gyűjteményekben közzétettekkel együtt mintegy 370 teljes szövegű oklevéllel rendelkezünk. Ezekhez járul még a »Turul«-ban megjelent egy pár családtörténelmi tanulmány is. Most már tiszta fogalmat alkothatunk Máramaros multjáról úgy nagy általánosságban, de a részletek kidolgozásához még sok ismeretlen adatot kell felkutatni, s addig a vármegye monografiájának megírása csak jámbor óhaj marad. Ez a cél lebeg szemünk előtt, a mikor az eddig *kiadatlan* a vármegye multjára vonatkozó oklevelek közzétételét megkezdjük.

I.

1360 július 2. Visegrád. Lajos király beleegyezik abba, hogy bizonyos közbércz képezze a határt Gyulafia Drágos máramarosvizi birtokai, Felsőbánya és Móriczfa Simon mester Avas nevű birtoka között, úgy azonban, hogy Drágos azon birtokokat életfogytig használhassa, halála után pedig a fiaival öt túlélő testvérei és az atyja is megillető és méltányos részt birhassanak.

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo Agriensis salutem et graciam. Noveritis, quod nos recensitis

fidelitatibus et serviciis placibilibus Dragus filio Gyula eidem
 duximus graciose annuendum, ut quidam mons Kuzberch dictus
 sit meta, que sequestrat possessiones ejusdem Dragus necnon
 prefati Gyula patris sui, Stephani, Myrozlow, Tatár, Dragmer
 et Kozta fratrum ejusdem Dragus juxta fluvium Maramoros
 existentes a montana nostra regali Mithelperg dicta et a possessione
 magistri Simonis filii Mauricii Owas nominata. Ita tamen, quod
 prefatus Dragus jamdictas possessiones, eo quod ipse easdem
 mediantibus suis serviciis a nobis acquisivit, usque vitam suam
 possidet juxta libitum sue voluntatis, ipse autem decesso pater
 et fratres sui predicti, qui previxerit in possessionibus prenotatis
 cum filiis ejusdem Dragus partem habere possint congruam et
 condignam. Verumque nobis de eo utrum predictus mons absque
 prejudicio aliorum possit debite assignari pro meta supradicta
 nobis habitas non constat, ideo fidelitati vestre firmiter
 precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem
 pro testimonium fidedignum, quo presente Stanizlaw filius Kra-
 chun, vel Staán de Rona aut Mayk filius Zalow aliis absentibus
 homo noster ad facies predictarum possessionum accedendo
 vicinisque et commetaneis earundem legitimi inibi convocatis et
 presentibus, si prefatum montem modo premissis invenerit pro
 meta fore possibilem assignari et non vicinitatibus
 nostris et aliis, extunc predictas possessiones relinquat prefato
 Dragus et patri ac fratribus suis annotatis modo quo supra per-
 petuo possidendas, prefatum montem Kuzberch ut prediximus
 eisdem pro meta assignanda si non fuerit contradictum. Contra-
 dictores vero, si qui fuerint citet ipsos contra prefatum Dragus
 ad nostram presenciam ad terminum competentem. Et post hec
 seriem assignacionis mete prescripte vel si necesse fuerit nomina
 contradictorum citatorum cum termino assignato nobis fideliter
 rescribatis. Datum Wysegrad feria quinta proxima post festum
 beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini M^{mo} CCC^o LX^o.

Eredetije hártján Rednik Stefán lui Pavel a Tomi leveles ládájában
 őriztetik Máragyulafalván.

Az oklevélben megnevezett Gyulafia Drágostól származik a Mára-
 marosban szélesen elterjedt főbb megyei és egyházi tisztségeket viselt
Gyulafalvi Rednik család.

II.

1368 augusztus 4. Zólyom-Lipcse. Lajos király megparancsolja Móricz fia Simon mester máramarosi ispánnak, hogy maga mellé véve egy vagy két szolgabíró-t s más tisztes nemeseket, Gyulaháza és Nyires birtokokat ossza fel Gyula és fiai Drágus, István, Miriszló pap és Dragomér között, ha azonban erre rá nem érne, akkor két szolgabíró-t és más tisztes nemeseket bizzon meg a teendőikkel.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie vobis fideli nostro magnifico viro magistro Simoni filio Mauricii comiti Maramorosiensis committimus serie presencium prout pro commissione dantes et mandamus, quatenus visis presentibus possessiones Gyulahaza et Nyres vocatas in dicto Maramorosio existentes ut assertur Gyule valacho, item Dragus, Stephano, Myrizlow sacerdoti et Dragmer per nostrum majestatem donatas, convocatis universis commetaneis earundem et eisdem presentibus, simul cum uno vel duobus iudicibus nobilium ejusdem comitatus et aliis probis nobilibus comprovincialibus, inter eosdem Dragus, Stephanum, Myrizlow sacerdotem et Dragmer mediante justicia dividatis in partes concernentes et unicuique suam porcionem committatis pacifice possidendam et tenendam cum utilitatibus ejusdem universis. In casu autem contrario propter aliqua ardua negocia videlicet hoc facere non possetis, tunc istis duobus iudicibus nobilium et aliis probis nobilibus id facere committatis. Datum in Lypche Zoly in festo beato Dominici confessoris anno domini millesimo tercentesimo sexagesimo octavo.

Máramaros vármegye levéltárába n »Nemes családok iratai Rednik VII. szám« alatt őrzött perben hitelesített másolatról.

Az oklevélben megnevezett Miniszló paptól származik a ma is élő Máragyulafalván birtokos Gyulafalvi Pap család.

III.

1388 január 9. Sziget. Drág mester székely ispán, szatmári és máramarosi főispán előtt kijelenti testvérei nevében is Vayk fia Dragus, hogy testvére Zeu megöletése miatt kiegyezett Gyulafalvi Dragus fia Kosztával és teljesen ki is elégített, s ha ki ezen ügyet a jövőben megbolygatná, a király ispánjának 50 ezüst márkát tartozzék fizetni.

Nos magister Drag comes siculorum et de Zotmar necnon Maramorosiensis memorie commendamus, quod venientes coram nobis Dragus filius Vayk cum suis fratribus et proximis ac posteris ab una parte racione mortis Zeu fratris sui filii ejusdem Wayk parte vero ex altera Kozta filius Dragus de Gyulafalva in per-

sona sunt constituti. Qui quidem Kozta filius Dragus ut noscitur eidem Dragus filio Vayk et suis proximis et posteris super mortem dicti Zeu filio Wayk impendit omnimodam satisfaccionem coram nobis et idem Dragus filius Vayk suis et suorum proximis et orphanis ac posteris in personis ratione mortis fratris sui dicti Zeu eundem Koztam et suos fratres et proximos ac posteros commisit coram nobis expeditos et modis omnibus absolutos, ut idem Dragus predictus penitus est contentus coram nobis per easdem supradictas partes condicione niter se quod quis parcium aut posteri in processu temporum causam istam suscitare presumpmeret extunc comiti regis debet solvere L marcas argenteas. Datum in Zigeth feria quinta proxima post festum epiphaniarum domini anno domini M^{mo} CCC^o octuagesimo octavo.

Rednik Stefán lui Pavel a Tomi Máragyulafalván őrzött gazdag levél-tárában lévő pergamentre írott eredetiről. Ez a legrégibb eddig ismert máramarosvármegyei főispáni kiadvány, pár évvel régebb alispánit Dr. Mihályi János főügyész úr közölt volt: »Máramarosi Diplomák a XIV. és XV. századból« című művében.

IV.

1389 február 5. Tamáshida. Zsigmond király Uglya, Ilhoba (ma Irhócz), Tornova (ma Kőkényes) és Nerezlincze (ma Nyéresháza) máramarosi királyi birtokokat Aprusa fainak Erdőnek és Gyerhesnek adományozván, elrendeli, hogy azok birtokába beiktattassanak.

Sigismundus dei gracia rex Hungrie, Dalmacie, Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Cum nos quasdam possessiones nostras Ugla, Ilhoba, Tornova et Nerezlincze in comitatu Mararamosiensi existentes Erdeu filio Aprusa et Gerhes fratri ejusdem olachis mediantibus aliis literis nostris pro fidelibus eorum serviciis perpetuo sub certa condicione conferimus et in dominium earunden eosdem velimus legitime introduci facere, fidelitati igitur vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Paulus magnus de Baranya, vel Ladamer de Zapancha, aut Bank de Zarvazou aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducet ipsos Erdeu et fratrem suum in dominium earunden, statuatque ipsis easdem premissis jure perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint. citet eosdem contra annotatos Erdeu et fratrem suum in nostram presenciam ad terminum competentem

rationem contradictionis eorum reddituros. Et tandem seriem totius facti ut fuerit expediens nobis fideliter rescribatis. Datum in villa Tamashyda feria sexta proxima post festum purificationis virginis gloriose anno domini millesimo tercentesimo octuagesimo nono.

A leleszi konventnek a beiktatásról kiadott s 1389 márczius 5-én kelt, itt alább az V. szám alatt közölt jelentéséből.

V.

1389 márczius 5. A leleszi konvent jelenti Zsigmond királynynak, hogy Aprusa fiait Erdőt és Gyerhest Uglya, Irhocz Tornova és Nereznicze birtokokba minden ellentmondás nélkül beiktatta.

Excellentissimo domino ipsorum domino Sigismundo dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. ac marchioni Brandenburgensi etc. Dominicus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oraciones in domino pro ipsius vita pariterque salute. Literas vestre serenitatis nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba :

Sigismundus dei gracia . . . lásd a IV. számú oklevelet. Nos igitur mandatis vestre excellencie obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Ladamer de Zapancha homine vestre majestatis nostrum hominem videlicet magistrum Gregorium literatum notarium ecclesie nostre ad premissas possessionarias introduccionem et statucionem faciendas pro testimonio transmisimus. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis unanimiter retulerunt : quod ipsi sabbatho proximo post festum beati Mathie apostoli proxime elapsum ad facies predictarum possessionum Uglya, Ilhoba, Tornova et Nerezlineza vocatarum universisque vicinis et commetaneis earundem legitime inibi convocatis et presentibus accessissent ubi ipsi prefatos Erdeu filium Aprusa et Gerhes fratrem ejusdem in dominium ipsarum legitime introducendo easdem cum omnibus suis utilitatibus et quibuslibet pertinentiis sub premissis titulo perpetuo statuissent possidendas, tenendas pariter et habendas nemine contradictore inibi apparente. Datum feria sexta proxima ante festum beati Gregorii pape anno domini supradicti.

A leleszi konventnek 1389 márczius 7-én kelt s Szaploneczay Ladomér kérelmére kiadott, itt alább a VI. szám alatt közölt átiratából.

VI.

1389 márczius 7. A leleszi konvent hiteles átiratban kiadja Szaploneczay Ladamér kérelmére Aprusa fainak Erdőnek és Gyerhesnek Uglya, Irhócz, Tornova és Nereznicze birtokába történt beiktatásáról szóló Zsigmond királyhoz intézett jelentését.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis Dominicus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire : Quod Ladamer de Zapancha ad nostram veniendo presenciam in personis Erdeu filii Aprusa et Gerhes fratris ejusdem exhibuit nobis quasdam literas nostras patentes tenoris infrascripti petens nos cum instancia ut tenorem seu copiam earundem transcribi transumptumque nostris literis privilegialibus inseri faciemus ad cautelam, quarum tenor talis est :

Excellentissimo domino ipsorum lásd az V. szám alatt közlött oklevelet.

Nos igitur justis et legitimis petitionibus prefati Ladamer in personis antedictorum Erdeu et Gerhes olachorum nobis factis ac justicie annuentes presentes literas nostras patentes transcribi faciendo transumptasque alphabeto intercidendo tenorem earundem presentibus literis nostris privilegialibus inseri fecimus uberio rem rei ad cautelam. Datum dominico die proximo ante predictum festum beati Gregorii pape anno prenotato.

Máramaros vármegye levéltárában »Nemes családok iratai Uglyai Erdő 1. szám« alatt őrzött Joódi Bálya Mihály kérelmére 1764 július 4-én kelt hiteles kiadványáról.

Az adományosok első ismert őse Iván volt, ennek fiai Erdő vajda és Sztán. Erdő vajdának fiai közül Aprusától származnak az Apsay, az Apsai Mihályi, Dán, Huzó, Ivancsuk, Simán, Popsa, Kozup, Vlád, Opris, Joanis, Borka, Filip és Plantis családok, — Maristól a Konyhai Buftyé, Bizó és Maris, — és Drágostól a Kabolapataki Dancs, Mihály, Offrim, Kotirla, Rakis, Dzsurdzs, Blegya, Mich, Onisa, Szimon, Szomlya, Pap, Vida és Grigor másképp Hrihor családok veszik eredetöket. Aprusa fiától Erdőtől származnak az Uglyay, Uglyai Voloz, Erdő, Bakocs, Holupha, Fejér, Nyegre, Pap, Bogdán, Györgyei és Fekete családok, Aprusa fiától Gyerhestől a Szarvaszói Gyerhes és Birtok s a Sajópolyanai Dzsurdzs család. Erdő vajda testvérének Sztánnak fiától Bánktól a Szarvaszói Bánk, Ladamértól pedig a Szaploneczay, a Szaploneczai Pap és Sztán s az Alsó Rónai Nán és Tivadar családok veszik eredetöket.

VII.

1407 november 9. Buda. Zsigmond király elrendeli, hogy Szaploneczay Ladomér fiai Nán, Péter és Sztán, Sztán fiai Péter, Illés és Sándor valamint Dán fia Péter beiktattassanak Alsó-Róna birtokába.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Naan, Petri et Zthaan filiorum Ladomer, alterius Petri, Elie et Sándor filiorum Zthaan ac Petri filii Daan de Zaponcha, quod ipsi in dominium cujusdam possessionis Alsow Rhona vocate in comitatu Maramorosiensi existentis ipsos pleno jure concernentis legitime vellent introire si contradictio cujuspiam ipsis non obviaret in hac parte. Super quo fidelitati vestre precipiendo mondamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Pank de Karachonfalwa, an. Joannes filius Bank sin alter Joannes filius Naan de eadem, aliis absentibus homo noster ad faciem prescripte possessionis Alsow Rhona vocate vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Naan, Petrum, Zthaan, Eliam, Sandor et Petrum in dominium ejusdem statuatque eandem eisdem cum omnibus utilitatibus jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint citet ipsos contra annotatos nobiles de dicta Zaponcha nostram specialem in precensiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nostre speciali presencie fideliter rescribatis majestatis. Presentes autem propter absenciam venaribilis patris domini Eberhardi episcopi Varadiensis aule nostre cancellarii sigillorum nostrorum erga ipsum haborum sigillo ejusdem fecimus consignari. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Emerici ducis anno domini millesimo quadringentesimo septimo.

Rávezetve: Noster frater Michael presbyter feria sexta ante festum domini accessissent et statuissent. Nullo contradicente. Datum quinto decimo die.

Máramaros vármegye levéltárában »Nemes családok iratai Szaploneczay 3. szám« alatt őrzött a leleszi konventnek 1773-ban Pap Tódor kérelmére kiadott átíratáról.

VIII.

1411 július 24. Visegrád. Zsigmond király elrendeli Farkasrévy Lóke és András kérelmére, hogy birtokaik Farkasrév és Turczád határai bejárattassanak.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex, semper augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Leuke et Andree de Farkasrew, quod quedam possessionis ipsorum Farkasrew predicta et Thurzad vocate in comitatu Maramorosiensis existentes legitima reambulacione et novarum metarum ereccione et renovacione plurimum indigerent. Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sándor vel Gregorius de Lipche, aut Sándor de Krichfalwa, seu Tatol de Jalhoch, sive Joannes de Zlatina aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum vicini set commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatas et distinctas statuatur et committat easdem cum cunctis ipsarum utilitatibus predictis Leuke et Andree jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Leuke et Andream nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradicionis eorum reddituros. Et post hec ipsarum possessionariarum reambulacionis et novarum metarum ereccionis seriem cum cursibus metarum nominibusque contradiccorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad sub sigillo nostro solito feria sexta proxima post festum beate Marie Magdalene anno domini millesimo quadringentesimo undecimo.

A leleszi konventnek a határjárásról 1411 szeptember 21-én kiadott, alább a IX. szám alatt közlött bizonyágleveléből.

IX.

1411 szeptember 21. A leleszi konvent bizonyáglevele arról, hogy Zsigmond király parancsára Farkasrév és Turczád határai azoknak földesurai Farkasrévy Leöke és András részére bejáratván, ellentmondás nélkül megállapítottak.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris conventus ecclesie sancte crucis de

Lelez salutem in omnium salvatore. Ne rerum gestarum series ab humana recedant memoria sagax habilitatis humane adinvenit pericia, ut gesta temporalium scripturarum patrocinio fulciantur Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire : Quod nos literas excellentissimi domini nostri domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis, semper augusti ac Hungarie etc. regis nobis directas honore, quo decuit, acceperimus in hec verba :
 Sigismundus dei gracia lásd Zsigmond királynak fentebb a VIII. szám alatt közlött beiktatási parancsát.

Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Sandor de Lipche homine ejusdem domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Vincencium presbyterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisisimus. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt : quod ipsi feria quinta proxima post festum exaltacionis sancte crucis proxime preteritum ac aliis diebus subsequentibus ad id aptis ad facies predictarum possessionum Farkasrew et Thwrzad vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo easdem a partibus possessionum Wanchykfalwa, Barthfalwa et Zygeth vocatarum per suas metas antiquas novas secus veteres in locis necessariis erigendo taliter et hoc ordine reambulassent. Quod primo a parte predictae possessionis Wanchykfalwa incepissent penes fluvium Iza vocatum a parte meridionali ejusdem fluvii ubi sub arbore pomi sylvestris novam metam terream erexissent, unde pergendo per unum rivulum seu gurgitem de fonte Kyralkwtha nuncupato scaturientem et egredientem ascendendo attigissent quendam viam ad dictam villam Farkasrew ducentem, ubi penes ipsam viam aliam novam metam terream cumulassent, dehinc transeundo ipsam viam ad dictam partem meridionalem venissent ad ipsam fontem Kyralkwtha, amplius ad eandem partem transeundo per silvam Lygeth venissent ad locum ubi quidam parvus rivulus seu gurges cadit in fluvium Maramoros dictum, quem fluvium transeundo attigissent viam ad predictam villam Barthfalwa ducentem, penes quam aliam novam metam terream aggregassent, amplius inter meridionalem et occidentalem plagas pergendo venissent ac campum Kerekmezew vocatum, quem transeundo accedissent quendam montem, dehinc per eandem partem attigissent rivulum Kerekmezewpathaka, eademque parte servata venissent ad campum Kaytharmezey nuncupatum, adhuc ad eandem partem attigissent montem Kaytharhege nominatum, dehinc venissent ad montem Kewhath vocatum, indeque tendendo ad partem occidentalem attigissent rivulum Thurzadpatak, quem transeundo attigissent campum Kewrthwelesmezew dictum

ubi in latere ipsius campi a parte meridionali sub arbore piri in latere ipsius campi a parte meridionali sub arbore piri sylvestris unam metam terream cumulassent, amplius ad ipsam partem occidentalem venissent ad montem hungarice Musdalhege, olahice vero Goconhege vocatum, abhinc attigissent rivulum Mylpatak, amplius ad eandem partem venissent ad predictum fluvium Iza, quem transeundo secus arbores, unam gyrthanfa et aliam Kewrusfa, novam metam terream cumulassent, dehinc per quendam rivulum Daanpathaka accedendo attigissent viam ad oppidum Zygeth ducentem, ubi aliam novam metam terream agregassent, amplius ad eandem rivulum Daanpathaka vocatum ascendendo venissent ad montem Hegysheg vocatum, indeque per montem Kwzberch transeundo et declinando ad partem meridiem attigissent rivulum Diznopathak nominatum, adhuc ad ipsam partem meridionalem venissent ad montem Mykeshege vocatum postremoque venissent ad predictum fluvium Iza ad locum ubi prius ipsam reambulacionem incepissent ibique reambulacionem et metarum ereccionem predictarum possessionum Farkasrew et Thurzad vocatarum terminando easdem per distingeiones et separaciones pretactarum metarum ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatas et distinctas cum cunctis ipsarum utilitatibus sub distincionibus et inclusionibus ipsarum metarum prefatis Leuke et Andree jure ipsis incumbenti statuissent et commisissent perpetuo possidendas nullo contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione communitas et roboratas duximus concedendas. Datum in festo beati [Mathei apostoli et] evangeliste anno domini millesimo quadringentesimo undecimo prenotato.

Máramaros vármegye levéltárában : »Nemes családok iratai Kodra 1. szám« alatt őrzött perben hitelesített másolatról.

Ezen határjárást közölte ugyan dr. Mihályi a Máramarosi Diplomák 178. lapján, de az oklevél kezdete és befejezése nélkül s némi változással a tulajdonnevekben.

X.

1416 január 3. A leleszi konvent átírja Szaplanczay Ladomér fiaí Péter, Nán és János, Iván fia Péter, Gyerhes fia Sándor fiaí Mihály, András és Ivasko, valamint Bosafia Sándor kérelmére Miklós zágrábi kanonoknak 1373-ban kelt bizonyságlevelét Hosszumező város és a szaplanczai nemesek birtoka közötti határigazításról.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte cucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad

universorum noticiam harum serie volumue pervenire, quod Petrus filius Ladomer de Zaploncha in nostri personaliter accedendo presenciam sua, item Nan et Joannis uterinorum necnon Petri filii Ivan, Michaelis, Andree et Ivasko filiorum Sándor filii Gyerhes et Sandor filii Bosa de eadem Zaploncha fratrum suorum condivisionalium in personis exhibuit nobis literas felicis reminiscencie condam domini Nicolai custodis Zagrabiensis patenter emanatas tenoris et continencie subscriptorum petens nos instanter ut easdem de verbo ad verbum transcribi, transcriptumque literis privilegialibus inseri faceremus uberioris rei ad cautelam. Quarum tenor sequitur in hec verba :

Nos Nicolaus custos Zagrabiensis lásd az oklevelet dr. Mihályi János »Máramarosi Diplomák a XIV. és XV. században« 69. lap.

Nos igitur petitioni memorati Petri filii Ladomer de Zaploncha sua ac aliorum quorum supra in personis nobis porrecta et justicie annuentes ut tenemur prescriptas literas annotati domini Nicolai custodis Zagrabiensis patentes nobis exhibitas verbotenus inscribi inscriptasque literis nostris privilegialibus inseri fecimus pro nobilibus de Zaploncha antedictis communi jure existente. Datum feria sexta proxima ante festum epiphaniarum domini anno ejusdem millesimo quadringentesimo decimo sexto.

A leleszi konventnek alább a XXIV. szám alatt közlött 1430 július 1-én kelt átiratából.

XI.

1416 december 16. A leleszi konvent jelenti Zsigmond királynak, hogy Perényi Péter országbíró rendeletére Dolhay Bogdán és György, Dolhay Sándorfia Miklós ellen a vízkereszti törvénykezési nyolczadra megidézettek.

Excellentissimo domino ipsorum domino Sigismundo dei gracia Romanorum regi, semper augusto ac Hungarie etc. regi Nicolaus prepositus et conventus ecclesie de Lelez oraciones in domino pro ipsius vita pariterque salute. Vestra noverit excellencia, quod cum nos juxta continenciam literarum viri magnifici comitis Petri de Peren judicis curie vestre majestatis evocatoriarum pro Nicolao filio Sandrini de Dolha datarum nobisque directarum una cum Sandor de Komlos homine vestre serenitatis literis in eisdem nominatis inserto unum ex nobis videlicet fratrem Andream presbyterum ad infrascriptam evocationem faciendam pro testimonio destinassemus, demum iidem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt : quod ipsi pariter accedendo feria quinta proxima ante festum beate Luce virginis et martyris proxime preteritum Bogdan et Georgium de dicta Dolha in porcionibus

ipsorum possessionariis in possessione Borsoa vocata habitis in factis in pretactis literis evocatoriis limitatis et declaratis perhemptorie responsurus rationemque efficacem redditurus ac de judiciis in toto duodecim marcas facientibus judici et parti adverse satisfacturos contra annotatum Nicolaum filium Sandrini ad octavas festi epiphaniarum domini nunc venturas vestre sublimitatis in presenciam evocassent. Datum septimo die diei evocacionis antedictae anno domini M^{mo} CCCC^o sedecimo.

A leleszi konvent levéltárában »Actor No 45 anni 1416« jelzet alatt őrzött eredetiről.

XII.

1417 február 17. Buda. Perényi Péter országbíró Dolhay Bogdánt és Györgyöt, a kik Dolhay Sándorfia Miklós ellen a vizkeresztői törvénykezési nyolczadra megidézve meg nem jelentek, sem pedig a rájuk rótt 12 márka birságot le nem fizették, elmarasztalja s a birság kétszeresével sújtja.

Nos comes Petrus de Peren iudex curie domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis, semper augusti, ac Hungarie etc. regis damus pro memoria : quod Nicolaus filius Sandrini de Dolha personaliter contra Bogdan et Georgium de eadem ab octavis festi epiphaniarum domini trigintaquinque diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui juxta continenciam literarum nostrarum evocatoriarum et conventus de Lelez rescriptionalium super factis in eisdem contentis legitime evocati nostrum in presenciam non venerunt neque miserunt, nec judicia duodecim marcarum nobis et adverse parti persolvere debentes persolverunt Unde ipsos pro eorum non venienciis in judiciis convictis et pro non solutione dictorum judiciorum in duplo eorundem commisimus fore devictos, si se rationabiliter non poterint excusare. Datum Bude tricesimo sexto die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o decimo septimo.

A leleszi konvent levéltárában »Actorum No 73 anni 1417« jelzet alatt őrzött eredetiről.

XIII.

1417 február 18. Buda. Zsigmond király elmarasztalja Dolhay Györgyöt, minthogy Dolhay Sándor fia Péter és Miklós ellen a vizkeresztői törvénykezési napra megidézttve a határidőn meg nem jelent.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex, semper augustus et Hungarie rex damus pro memoria : quod Petrus filius Sandrini de Dolha pro se personaliter ac pro Nicolao fratre suo uterino cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Lelez contra Geor-

gium filium Joannis de dicta Dolha ab octavis festi epiphaniarum domini triginta sex diebus continuis legitime stetit in termino nostra speciali in presencia, qui juxta continenciam literarum nostrarum evocatoriarum pariter et prorogatoriarum et dicti conventus testimonialium super factis in eisdem contentis perhemptorie responsurus nostram specialem in presenciam non venit, neque misit, unde ipsum in iudicio commisimus fore convictum si se rationabiliter non poterit excusare. Presentes autem propter absenciam venerabilis patris domini Eberhardi episcopi ecclesie Zagrabiensis aule nostre cancellarii et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo ejusdem fecimus consignari Datum Bude tricesimo septimo die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o decimoseptimo.

A leleszi konvent levéltárában »Actorum No 12 anni 1417« jelzet alatt őrzött eredetiről.

XIV.

1417 február 19. Buda. Zsigmond király a Dolhay Péter és Miklós által Dolhay János fiai Szaniszló, György, János és Bogdán ellen a Dolha és Zadnya nevű birtokok felerészébe való beiktatásuknak ellentmondása miatt indított perének tárgyalását a szentgyörgynapi törvénykezési nyolczadra halasztja s az alpereseket akkorra megidézni rendeli.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex, semper augustus ac Hungarie ete rex fidelibus suis conventui ecclesie de Leles salutem et graciam. Noveritis quod cum ob contradictoriam inhibicionem statucionis directarum medietatum quarumdam possessionum Dolha vocate et Zadnya vocatarum in comitatu de Beregh existencium Petrus et Andreas filius Nicolai de dicta Dolha Stanislaum, Georgium, Joannem et Bogdan filios Joannis de dicta Dolha modum et formam legitime evocacionis observando contra se ad octavas festi beati Michaelis archangeli proxime preteritas nostram specialem in presenciam in causam attraxissent, tandem ipsis octavis instantibus, quia prefatus Bogdan, sine cujus interessencia presens causa decidi nequit et terminari, per annotatos Petrum et Nicolaum congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis exspectatus nostram specialem in presenciam non veniret, neque miserat, se mediantibus abiiis literis nostris judicariis exinde confectis in iudiciis aggravari permittendo, et ob hoc petentibus prefatis Petro et Nicolao idem Bogdán ad premissa vice secundaria evocatus fore visus fueret. Pro eo causam premissam inter annotatos Petrum et Nicolaum actores ab una ac prelibatos Stanislaum, Georgium et Joannem in causam attractos parte ab attera ad octavas festi epiphaniarum domini proro-

gantes fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo noster infradeclarandus memoratum Bogdan in premissis perhemptorie responsurum, rationemque efficacem redditurum contra annotatos Petrum et Nicolaum ad dictas festi epiphaniarum domini, ad quas videlicet causam premissam inter annotatos Petrum et Nicolaum actores ab una et prelibatos Stanislaum, Georgium et Joannem in causam attractos parte ab altera prorogamus, nostram specialem evocaret in presenciam et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocato ad easdem octavam eidem nostre speciali fideliter rescribatis majestati. Tandem ipsis octavis instantibus prefatus Petrus pro se personaliter et pro prefato Nicolao fratre suo cum procuratoriis literis vestris nostram specialem veniendo in presenciam literas vestras super premissa evocacione rescripcionales nobis presentavit. In quibus per Sandrinum de Komlos nostrum ac fratrem Andream presbyterum vestrum homines feria quinta proxima ante festum beate Luce virginis et martyris proxime preteritum prefatum Bogdan filium Joannis in porcione sua possessionaria in possessione Borswa vocata habita in premissis perhemptorie responsurum, rationemque efficacem redditurum contra annotatos Petrum et Nicolaum ad dictas octavas festi epiphaniarum domini nostram specialem in presenciam evocatum fore comperimus manifeste. Ad quas quidem octavas prefatus Georgius filius Joannis, sine cujus interessencia presens causa decidi nequit et terminari, per annotatum Petrum in sua ac dicti Nicolai personis congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis exspectatus, nostram specialem in presenciam non venit, neque misit, se mediantibus aliis literis judicatoriis exinde confectis in judiciis aggravari permittendo et ob hoc petente prefato Petro in sua ac dicti Nicolai personis idem ad premissa vice secundaria evocandus fore videbatur. Pro eo causam premissam inter prelibatos Petrum et Nicolaum actores ab una ac memoratos Stanislaum, Joannem et Bogdan in causam attractos parte ab altera ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas prorogantes fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus vel Joannes aut Emericus sive Stephanus, sin Ugrinus seu Sandor de Komlos ceu Elias neve Petrus Bolond de Bilke an Joannes de eadem ceu Sandor de Lipche seu Joannes de Bagy aliis absentibus homo noster memoratum Georgium filium Joannis in premissis perhemptorie responsurum rationemque efficacem redditurum ad dictas octavas festi beati Georgii martyris, ad quas videlicet causam premissam inter annotatos Petrum et Nicolaum actores

ab una, ac prelibatos Stanislaum, Joannem et Bogdan in causam attractos parte ab altera prorogavimus nostram specialem evocet in presenciam. Et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem octavas eidem nostre speciali fideliter rescribatis majestati. Presentes autem propter absenciam venerabilis patris domini Eberhardi episcopi ecclesie Zagrabiensis aule nostre cancellarii et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorem sigillo ejusdem fecimus consignari. Datum Bude tricesimo octavo die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o decimo septimo.

A leleszi konvent levéltárában »Actorum No. 43 anni 1417« jelzet alatt őrzött eredetiről.

XV.

1417 február 19. Buda. Perényi Péter országbíró elrendeli, hogy Dolhay János fiai Bogdán és György három piacon nyilvános kikialtás által idéztessenek meg a szentgyörgynapi nyolczados törvénytörés elbírálására az ellenök Dolhay Sándor fia Miklós által folytatott tárgyalására.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez comes Petrus de Perén judex curie domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis, semper augusti, ac Hungarie etc. regis amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis quadragesimo secundo die octavarum festi beati Michaelis archangeli proxime preteritarum una cum regni nobilibus pro faciundo modernativo judicio causantibus in sede nostra judiciaria sedentibus Michael de Zombor pro Nicolao filio Sandrini de Dolha cum procuratoriis literis vestris in nostram veniendo presentiam, quasdam tres literas, unam quondam comitis Symonis de Rozgon pridem simili modo judicis curie regie evocatoriam vobis directam, et aliam vestram exinde rescripcionalem, necnon terciam ejusdem comitis Symonis de Rozgon judicialem omnino in anno domini millesimo quadragesimo decimo in diversis terminis emanatas nobis presentaret declarantes: Quod in congregacione generali dicti comitis Symonis per ipsum universitati nobilium comitatus de Beregh ex speciali regia commissione feria quarta proxima post festum purificationis virginis gloriose in dicto anno preteritum prope oppidum Lomperthzaza celebrata Petrus et Nicolaus filii Sandrini de Dolha de medio aliorum in ejusdem comitis Symonis exurgendo presenciam proposuissent eo modo: Quomodo Stanislaus filius Joannis de Dolha una cum Georgio et Bogdan fratribus suis post concordiam per dominum nostrum regem et suos barones factam, tercio scilicet die festi beati Nicolai confessoris in eandem possessionem ipsorum Dolha manibus armatis et potenciariis irruendo dictum

Sandrinum patrem ipsorum captivassent, captumque in ipsorum vinculis per septem menses conservassent, eandem possessionem ipsorum pro se ipsis occupando et insuper vestimenta nobilium dominarum Marus et sororum suarum de collo ipsarum delaniari fecissent, in quo facto mille florenorum dampna perpessi extitissent ex parte quorum iudicium et justiciam habere vellent jure mediante. Qui quidem Stanislaus, Bogdan et Georgius per eosdem Petrum et Nicolaum de Dolha legitimis diebus dicte congregacionis coram eodem comite Symone exspectati ad eandem congregacionem ejusdem in presenciam non venissent, neque misissent, se mediantibus literis ejusdem in judiciis exinde confectis aggravari permittendo, postulans prefatus Petrus sibi et dicto Nicolao fratri suo ex parte prefatorum in causam attractorum per ipsum comitem Symonem in premissis juris equitatem impertiri. Et quia prefati in causam attracti ad premissa contra annotatos Petrum et Nicolaum evocandi fora visi fuissent pro eo vestram amicitiam idem comes Symon literatorie peciisset diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus, memoratos Stanislaum, Bogdan et Georgium in premissis peremptorie responsuros rationemque efficacem reddituros contra annotatum Nicolaum de Dolha ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas regiam evocaret in presenciam. Et post hec ipsius evocacionis seriem cum nominibus evocatorum ad easdem octavas domino nostro regi fideliter rescribatis. Vos igitur receptis literis annotati comitis Symonis evocatoriis juxta earundem continenciam unacum Ladislao filio Fabiani homine regio vestrum videlicet hominem fratrem Valentinum unum ex vobis ad premissa fideliter peragenda vestro pro testimonio transmisissetis, qui denu exinde ad vos reversi vobis concorditer retulerunt : quod ipsi feria quarta proxima post festum beati Mathie apostoli in dicto anno preteritum prefatos Stanislaum, Bogdan et Georgium de dicta Dolha in porcionibus eorum possessionariis in possessione Borswa vocata habitis ad premissa contra memoratum Nicolaum filium Sandrini ad dictas octavas festi beati Georgii martyris regiam in presenciam evocassent rationem de premissis reddituros. Ad quas quidem octavas festi beati Georgii martyris prefati Bogdan et Georgius de Dolha per annotatum Nikolaum filium Sandrini de Dolha congruis diebus dictarum octavarum coram ipso comite Symone exspectati ejusdem in presenciam non venissent, neque misissent scilicet se mediantibus literis ejusdem judicialibus exinde confectis in judiciis aggravari permisissent.

Quibus quidem literis exhibitis prefatus procurator dicti Nicolai filii Sandrini allegavit eo modo: Quod si juriconsona fore videba-

tur extunc ipse memoratos Bogdan et Georgium contra se regiam in presenciam vice tertiaria legitime facere vellet evocari. Et quia allegacio prefati procuratoris dicti Nicolai justa et juri consona fore videbatur pro eo vestram amicitiam literatorie pecieramus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infra declarandus prefatos Bogdan et Georgium de Dolha in factis perhemptorie responsuros rationemque efficacem reddituros ac de judiciis in toto duodecim marcarum facientibus nobis et parti adverse satisfacturos contra annotatum Nicolaum filium Sandrini de dicta Dolha ad octavas festi epiphaniarum domini nunc venturas regiam evocasset in presenciam. Et post hec ipsius evocationis seriem cum nominibus evocatorum terminoque assignato ad easdem octavas domino nostro regi fideliter rescribatis. Tandem ipsius octavi festi epiphaniarum domini instantibus prefatus Nicolaus filius Sandrini personaliter in nostram veniendo presenciam literas vestras evocatorias domino nostro regi rescripcionale snobis presentavit, in quibus per Sandrinum de Komlos regium et fratrem Andream presbyterum vestrum homines feria quinta proxima ante festum beate Lucie virginis et martyris proxime preteritum prefatos Bogdan et Georgium de dicta Dolha ad premissa contra eundem Nicolaum filium Sandrini ad dictas octavas festi epiphaniarum domini regiam in presenciam evocatum fore comperimus manifeste. Ad quas quidem octavas festi epiphaniarum domini prelibati Bogdan et Georgius per annotatum Nicolaum filium Sandrini congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis exspectati nostram in presenciam non venerunt, neque miserunt, nec persolverunt judicia prenotata, sed se mediantibus aliis literis nostris judicialibus exinde confectis pro eorum non venienciis in judiciis convictis et pro non solutione dictarum judiciorum in duplo eorundem aggravari permittendo, postulans prefatus Nicolaus filius Sandrini sibi ex parte prefatorum Bogdan et Georgii per nos in premissis juris equitatem impetiri. Et quia prefati Bogdan et Georgius adhuc ad premissa in tribus foris comprovincialibus proclamandi fore videbantur pro eo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus filius Fabiani de Orozy, vel Mathias de Bulch, sin Franciscus de Petlend, aut Joannes de Crisano, sive Georgius de eadem ceu Ladislaus de Homok, aut Bartholomeus de Darouch, ceu Nicolaus de Komlos, aut Sándor de eadem, sin Paulus de Harabor aliis absentibus homo regius memoratos Bogdan et Georgium in premissis perhemptorie responsuros, rationemque efficacem reddituros ac de dictis judiciis triginta marcarum nobis et parti adverse satis-

facturos contra annotatum Nicolaum filium Sandrini de Dolha ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas in tribus foris comprovincialibus publice et manifeste regiam faciat proclamari in presenciam insinuando ibidem, ut si venerint et in premissis se bono modo emendaverint ac de dictis judiciis nobis et parti adverse satisfecerint bene quidem, alioquin non obstante ipsorum ausencia et rebellione finem debitum et indilatatum faciemus causa in premissa prout dictaverit ordo juris. Et post hec ipsius trine forensis proclamationis seriem cum nominibus proclamatorum ad easdem octavas dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude tricesimo octavo die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o decimo septimo.

A leleszi konvent levéltárában »Actorum No 110 anni 1417« jelzet alatt őrzött eredetiről.

Ezen időben Dolha még Bereg vármegyéhez tartozott ugyan, de a Dolhayaknak Máramarosban sokkal nagyobb uradalmok lévén mint Bereg vármegyében, különben is a négy testvér közül három Máramarosban lakott, czélszerűnek véltük a rájuk vonatkozó okleveleket a máramarosiak közé felvenni.

XVI.

1417 deczember 1. Buda. Perényi Péter országbíró Dolhay Bogdánt, a ki a Dolhay Sándorfia Miklós által ellene indított perben a kitűzött határidőn meg nem jelent, elmarasztalja.

Nos comes Petrus de Perén judex curie domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis, semper augusti, ac Hungarie etc. regis damus pro memoria: Quod Petrus de Dolha pro Nicolao filio Sandrini de eadem Dolha cum procuratoriis literis nostris contra Bogdan de eadem ab octavis festi beati Michaelis archangeli quinquaginta sex diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui juxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriis super factis in literis nostris proclamatoriis et conventus de Lelez rescripcionalibus contentis discussionem reportate series ejusdem trine eorundem proclamacionis recepturus nostram in presenciam non venit, neque misit, nec judicia triginta marcarum nobis et parti adverse persolvere debentes persolvit, unde ipsum propter suam non venienciam in judicio consveto et pro non solutione dictarum judiciorum in duplo eorundem commisimus fore convictum, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum Bude quinquagesimo septimo die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o decimo septimo.

A leleszi konvent levéltárában »Actorum No 10 anni 1417« jelzet alatt őrzött eredetiről.

XVII.

1418 junius 1. Buda. Perényi Péter országbíró a Dolhay György által Dolhay Sándor fia Miklós ellen bizonyos adománylevél felmutatására kitűzött határidőt a szentjakabnapı nyolczadra halasztja.

Nos comes Petrus de Perén judex curie domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis, semper augusti ac Hungarie etc. regis damus pro memoria : Quod exhibitionem quarumdam literarum donacionalium, quam Georgius de Dolha contra Nicolaum filium Sandrini de eadem juxta continenciam literarum nostrarum adjudicatoriarum super factis in eisdem contentis in octavis festi Georgii martyris facere tenebatur coram nobis, ex commissione baronum regni ad octavas festi beati Jakobi apostoli nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude tricesimo septimo die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o decimo octavo.

A leleszi konvent levéltárában: »Actorum No 32 anni 1418« jelzet alatt őrzött eredetiről.

221 087

XVIII.

1419 márczius 17. Fejérvár. Zsigmond király elrendeli, hogy Szaplonczay Ladomér fiai Péter és Nán, Gyerhes János fia Péter és Sándor fia Mihály, Juga fia Miklós, János fia Nemerky és Onova fia János beiktattassanak Szaploncza nevű jószáguk birtokába.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex, semper augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Petri et Naan filiorum Ladammer, alterius Petri filii Joannis Gurhes et Michaelis filii Sandrini, Nicolai filii Juga, Nemerky filii Joannis, et Joannis filii Onova de Zaponcha, quod ipsi in dominium ejusdem possessionis Zaponcha vocate in comitatu Maramorosiensi existentis, ipsis omnis juris titulo contingentis legitime vellent introire, si contradiccio cujuspiam non obviaret in hac parte. Superquo fidelitati vestri firmiter precipimus et mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Andreas filius Belk de Farkasrew, vel Tivadar filius Ivan de Zlathina, sin Ivan filius Vlad de Apsa, ceu Stephanus de Budfalwa, sive Stanko de Bedewhaza aliis absentibus homo noster ad faciem prenotate possessionis Zaponcha vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos nobiles in dominium ejusdem, statuatque eandem eisdem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis jure ipsis incumbenti perpetuo

possidendam si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra dictum Petrum et alios prenotatos nostram in personalem presenciam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi statucionis et evocacionis seriem si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Albe feria sexta proxima ante dominicam oculi anno domini millesimo quadingentesimo decimo nono.

A leleszi konventnek a beiktatásról 1419 május 8-án kiadott s itt alább a XIX. szám alatt közlött bizonyágleveléből.

XIX.

1419 május 8. A leleszi konvent bizonyítja, hogy Szaploneczay Ladomér fiai Péter és Nán, Gerhes Péter, Mihály, Miklós, Nemerky, Herva (?) és János Zsigmond király rendeletére ebben mondás nélkül beiktattak Szaplonecza birtokába.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presenciam noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod nos literas excellentissimi domini nostri domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis, semper augusti, ac Hungarie etc. regis nobis directas honore et reverencia, quibus decuit recepimus in hec verba:

Sigismundus dei gracia . . . lásd Zsigmond király 1419 márczius 17-én kelt, fentebb a XVIII. szám alatt közlött iktató-parancsát.

Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obtemperantes ut tenemur, unacum prefato Stanko de Bedewhaza, homine ejusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Valentinum presbyterum ad premissa peraganda nostro pro testimonio transmisimus. Qui denum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beati Georgii martyrís proxime elapso ad faciem pretacte possessionis Zaponcha nominate in dicto comitatu existentis vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, ubi legitimis et consvetis diebus permanendo prefatosque Petrum et Naan filios Ladomer, alterum Petrum Gurhes, Michaellem, Nicolaum, Nemerky, Herva (?) et Joannem in dominium ejusdem introducendo eandem eisdem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis premissis jure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendam, nullo penitus contradictore inibi apparente. In cujus

rei memoriam stabilitatemque perennalem presentes literas non stras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei statucionis antedictae anno domini prenotato.

Máramaros vármegye levéltárában »Nemes családok iratai Szaplonczay 4. szám« alatt őrzött, a leleszi konventnek Pap Tódor kérelmére 1773. ban kiadott átiratáról.

Szaplonczay Herva neve az iktató parancsban nem foglaltatik, a bizonyáglevélbe olvasási hibából kerülhetett belé.

211527

XX.

1419 július 4. Buda. Perényi Péter országbíró a Dolhay Sandrin fia Miklós által Dolhay János fia Bogdán ellen folytatott perének tárgyalását a szentmihálynapra nyolczadra halasztja.

Nos comes Petrus de Peren iudex curie domini Sigismund. dei gracia Romanorum regis, semper augusti ac Hungarie etc. regis damus pro memoria: Quod discussionem reportate seriei cujusdam possessionarie occupationis, statucionis, estimacionis ac rerum et bonorum ablacionis, quam inter Nicolaum filium Sandrini actorem ab una, et inter Bogdan filium Joannis de Dolha in causam attractum parte ab altera juxta continenciam literarum nostrarum adjudicatoriarum et conventus de Lelez rescripcionalium super factis in eisdem contentis in octavis festi Penthecostes facere tenebamur generali regio edicto ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas duximus prorogandam. Presentes autem absentibus sigillis nostri sigillo venerabilis patris domini Eberhardi episcopi ecclesie Zagradiensis facimus consignari. Datum Bude vigesimo quarto die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o X^o nono.

Kivül: Pro Nicolao filio Sandrini de Dolha contra Bogdan filium Joannis de eadem ad octavas festi beati Michaelis archangeli prorogatorie.

A leleszi konvent levéltárában »Actorum No 19 anni 1419« jelzet alatt őrzött eredetiről.

221146

XXI.

1420 márczius 7. Buda. Perényi Péter országbíró a Dolhay Sandrin fia Miklós által beperelt Dolhay Györgynek bizonyos adománylevél felmutatására kitűzött határidőt a szentgyögnapi nyolczadra halasztja.

Nos comes Petrus de Peren iudex curie domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis, sempes augusti ac Hungarie etc. regis damus pro memoria, quod exhibicionem quarumdam lite-

rarum donacionalium, quam Georgius de Dolha, pro quo Emericus dictus Bwsh cum procuratoriis literis conventus ecclesie de Lelez astitit, contra Nicolaum filium Sandrini de eadem Dolha, pro quo Petrus frater ejusdem cum procuratoriis literis dicti conventus de Lelez comparuit, juxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super factis in quibusdam literis nostris adjudicatoriis contentis in octavis festi Epiphaniarum domini facere tenebatur coram nobis, quia prefatus procurator dicti Georgii eundem ad presens dictas literas donacionales exhibere non posse referebat, sed exhibicionem earundem per nos in ulteriorem terminum cum gravamine consveto differi postulabat. Pro eo ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas duximus prorogandam eo modo, ut tunc prefatus Georgius de Dolha vel procurator ejus legitimus prescriptas literas donacionales cum judicio trium marcarum per ipsum deponendo exhibere teneatur. Datum Bude quinquagesimo quinto die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o XX^o.

Kivül : Pro Nicolao filio Sandrini de Dolha contra Georgium de eadem ad octavas festi beati Georgii martyris cum judicio trium marcarum. Prorogatorie.

OF 221233 A leleszi konvent levéltárában »Actorum No. 62 anni 1420« jelzet alatt őrzött eredetiről.

XXII.

1421 február 15. Buda. Perényi Péter országbíró a Dolhay Sandrin fia Miklós által beperelt Dolhay Györgynek bizonyos adománylevél felmutatására kitűzött határidőt a szentgyörgynapi nyolczadra halasztja.

Nos comes Petrus de Perén judex curie domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis, semper augusti ac Hungarie, Bohemie etc. regis damus pro memoria : Quod exhibicionem quarumdam literarum donacionalium, quam Georgius de Dolha, pro quo Gallus de Gwth cum procuratoriis literis conventus de Lelez stetit contra Nicolaum filium Sandrini de eadem Dolha, pro quo Ladislaus de Lap cum procuratoriis literis ejusdem conventus comparuit juxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum super factis in literis nostris adjudicatoriis contentis in octavis festi Epiphaniarum domini cum altero judicio trium marcarum factum et aliud jucium similiter trium marcarum cum duplo nobis et parti adverse persolvere tenebatur, ad parcium procuratorium voluntate ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas simul cum dictis judiciis porcionem nostram judicariam dupli-

cantes duximus prorogandas. Datum Bude tricesimo quarto die termini prenotati anno domini M^{mo} CCCC^o XX^o primo.

Kívül: Pro Nicolao filio Sandrini de Dolha contra Georgium de eadem ad octavas festi beati Georgii martyris. Prorogatorie.

A leleszi konvent levéltárában »Actorum No 15 anni 1421« jelzet alatt őrzött eredetiről.

XXIII.

1423 október 5. Sziget. Szerdahelyi Ferencz máramarosi alispán és a négy szolgabíró bizonyítják, hogy Szaploneczay Nán, Péter és ezek rokonai, valamint Szarvaszói Gyerhes Péter, Mihály és ezek rokonai előttök megjelenvén azt vallották, hogy rokonuknak Bosa Sándornak atyjáról Urbánról maradt birtoka van Szaploneczán.

Nos Franciscus de Zerdahely in persona magnifici viri comitis domini Nicolai de Peren comes maramarosiensis castellanus quoque de Huzth et quatuor iudices nobilium comitatus de eadem memorie commendamus: quod viri nobiles Nan et Petrus cum eorum fratribus de Zaploncha, item Petrus et Michael dicti Gerhes cum eorum fratribus de Zarvazov in sede nostra iudicaria coram nobis fassi sunt et relati exstitissent isti modo: quod vir nobilis Sandor Bosa dictus, frater eorum in facie dicte possessionis Zaploncha unam porcionem possessionariam haberet a patre suo Urbano sibi devolutam cum suis omnibus utilitatibus, videlicet terris arabilibus sylvis, pratis, nemoribus et haberet de presenti ac possidet. Nos itaque unacum nostris conjudiciariis super fassiones et relaciones premissorum nobilium, modo premissis factos, dicto Sandrino et suis fratribus presentes literas nostras sigillis nostris roboratas duximus concedendas. Datum in Zigeth feria tertia proxima post festum Michaelis archangeli anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo tertio.

Máramaros vármegye levéltárában »Nemes családok iratai Bozsá 1. szám« alatt őrzött hitelesített másolatról.

Bozsá Orbán beházasodván a szaploneczai és szarvaszói nemesek közé, Szaploneczán birtokhoz jutott, utódai ma is ott laknak.

XXIV.

1430 július 1. Miklós prépost és a leleszi konvent Szaplonczay Lodomér fia Nán, ugyanazon Lodomér fiának Dánnak fia Péter és Gyerhes fiának Sándornak fia Mihály, továbbá nevezett Lodomér fia Péter, nevezett Gyerhes fiának Ivánnak fia Péter, Gyerhes fia említett Sándor fiai András, János, Illés és István, Gyerhes fia Iván fiának Péternek nővére Ilona s ennek László fia Tamás deáktól való fia Sándor részére átírja az 1416 január 3-án kelt (fentebb a X. szám alatt közlött) saját átíró levelét.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod Naan filius Ladamer Petrus filius Daan filii dicti Ladomer et Michael filius Sandrini filii Gyerhes de Zaploncha in nostram personaliter veniendo in presenciam in ipsorum item Petri filii annotati Ladomer, alterius Petri filii Iván filii annotati Gyerhes, Andree, Joannis, Elie et Stephani filiorum memorati Sandrini filii Gyerhes, necnon nobilis domine Elene vocate sororis uterine antedicti Petri filii Iván filii Gyerhes, ac Sandrini filii ejusdem domine Elene ex Toma literato filio Ladislai progeniti ac aliorum fratrum et filiorum eorundem de prefata Zaploncha personis exhibuerunt nobis literas nostras privilegiales transumptive emanatas tenoris et continencie subscriptorum petentes nos cum instancia, ut easdem de verbo ad verbum transcribi et transumi, transscriptumque et transumptum literis nostris similiter privilegialibus inseri faceremus ad cautelam, quarum tenor talis est:

Omnibus christifidelibus lásd a leleszi konvent 1416 január 3-án s fentebb a X. szám alatt közlött átíró levelét.

Nos petitionibus pretitulatorum Naan filii Ladomer, Petri filii Daan et Michaelis filii Sandrini filii Gyerhes de Zaploncha in ipsorum ac suorum quorum supra personis nobis porrectis et justicie annuentes ut tenemur pretitulatas literas nostras privilegiales nobis exhibitas de verbo ad verbum transcribi et transumi transcriptumque et transumptum presentibus literis nostris inseri fecimus pro nobilibus de Zaploncha antedictis communi jure existente. Datum in octava festi nativitatis beati Joannis baptiste anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo.

László királynak 1457 február 12-én kelt s alább a XXVIII. szám alatt közlött átíratából.

XXV.

1431 január 7. Miklós prépost és a leleszi konvent bizonyságlevelé arról, hogy Dolhay János fia János és Bogdán fiaik terhét is felvállalva kijelentették, hogy saói, saópolyanai (ma Sajómező) és szlatinai (ma Szasópatak) részbirtokaikat rokoni szeretetből Szarvaszói Gyerhes Sándor fiainak Mihály, János, András, Illés és Istvánnak adományozzák.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Nicolaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: Quod Joanne et Bogdan filii Joannis de Dolha ex condam nobili domina filia olim Joannis vajvode de Jánosvajdafalwa propagatis pro se personaliter ac pro Michaelé filio suo ipso Joanne ac altero Michaelé filio suo annotato Bogdan onera et quelibet gravamina eorundem si iidem temporis in processu confessioni infrascripte contradicere aut eandem quomodocumque iritare, infringere seu retractare attentarent, per omnia in se ac cuncta bona et hereditates eorum recipientibus ab una, parte siquidem ex altera Michaelé filio Sandrini Gurches dicti de Zarvazov ex nobili domina Sthana nominata filia olim dicti Joannis vajvode procreato pro se similiter personaliter ac pro Georgio, Tivadar, ac Thome filiis, necnon Joanne, Andree, Elie et Stephano fratribus uterinis suis utputa eisdem Michaelis Gurches dicti onera et quelibet gravamina ipsorum ad subscripta inconcurse, illibate et inviolabiliter observanda conformiter in se ac cuncta bona et hereditates suas assumpturo coram nobis constitutis, per prefatos Joannem et Bogdán filios Joannis de Dolha in ipsorum ac predictorum filiorum eorundem nominibus et in personis viva voce spontaneaue eorum voluntate confessum extitit nostra in presencia pariter et relatum: Quod ipsi ob fraternalem dileccionem premencionatorum nobilium de Zarvazov, proximorum et consangvineorum ipsorum, ab uno videlicet avo progenitorum, porciones ipsorum possessionarias ipsos in possessionibus Sayo, Pollyana et Zlatina nuncupatis in comitatu Maramorosienzi existentibus proprie et precise tangentes et concernentes, necnon in quodam molendino in facie prescripte possessionis Sayo, superfluvio Sayo nuncupato decurrenti et volventi habitas, que scilicet possessiones seu porciones possessionarie et molendini memorati olim Joanni vajvode, avo ipsorum prefuissent, mortuo que eodem Joanne vajvoda avo eorum amisse et alienate extitissent, quas ipsi videlicet nobiles de Dolha a manibus alienis rectificassent et reapropriassent a regia serenitate nove sue regie

donacionis impetrassent cum cunctis earum porcionum possessio, nariarum in prescriptis possessionibus Sayo, Pollyana et Zlatinane non molendino habitarum utilitatibus, pertinenciis, proventibus et emolumentis et generaliter quibusvis utilitatibus et utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocatis, denominatis et appellatis ad dictas porciones possessionarias et molendinum undique de jure spectantibus et pertinentibus annotatis nobilibus de Zarvazow proximis et consanguineis ipsorum, eorumque heredibus, posteritatibus et successoribus universis jure perpetuo ac in evum irrevocabiliter dedissent, donassent et contulissent, imo prefati Joannes et Bogdan filii Joannis de Dolha in ipsorum ac predictorum filiorum eorundem nominibus et personis dederunt, donaverunt et conferunt coram nobis possidendas, tenendas, pariter et habendas. Et converso antelati nobiles de Zarvazow in datione, donacione, collacione et perpetuacione jamdictarum porcionum possessionariarum et molendini et parte dumtaxat memorati Joannis et Bogdan filiorum Joannis de Dolha et filiorum eorum predictorum sufficienter contenti extitissent hoc tamen declarato, quod ipsi scilicet nobiles de Dolha annotatos nobiles de Zarvazov, proximos et consanguineos ipsorum eorundemque heredes et successores in dominiis dictarum porcionum possessionariarum et molendini ipsis datarum et collatarum et perpetuatarum contra quoslibet impeditores causidicos exhibitionibus literalium instrumentorum factum preactarum porcionum possessionariarum et molendini tangentes et concernentes juridice conservare, defensare et expedire teneantur. Retulerunt etiam prescripte ambe partes, ut si que earum aliquam mocionem per amplius in dacione, donacione, collacione et perpetuacione jamdictarum porcionum possessionariarum et molendini temporis in processu per aliquas requisiciones licium moveret vel suscicaret, extunc talis pars contra partem alteram in succubitu dicti facti potencialis convinceretur ipso facto. Ceterum voluerunt ipse partes, ut si volente altissimo domino aliquam partem ab hoc seculo absque heredum solacio emigrare et decedere continget, extunc porciones talis deficientis possessionibus in prescriptes et molendino habite in alteram utpote superstitibus habentem redundare et devolvi deberunt eo facto. Voluerunt etiam iidem partes, quod si alique lites et licium varietates contencionesque et querele racione et pretexta sepredictarum porcionum possessionariarum et molendini temporibus successivis per quispiam, quoquomodo et qualitercumque oriantur et suscitarentur, tunc tales et hujusmodi lites et licium varietates contencionesque et quereles communibus laboribus ex expensis penes sese astando supportare, continuare, defensare et expedire tenerentur, ad que

premissa partes sepedicte se personaliter, dictos vero filios et fratres eorum ad onera in se preassumpta sponte obligaruncoram nobis patrocínio presencium mediante. In cuius rei memotiam, stabilitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales alphabetoque interceisas pendentis sigilli nostri appensione communitas esse duximus concedendas. Datum die dominica proxima post festum Epiphaniarum domini anno ejusdem M^{mo} CCCC^o trigesimo primo.

A leleszi konvent levéltárában »Actorum No 17 anni 1431« jelzet alatt őrzött eredetiről.

Az elébbeni esztendőben november 24-én a másik két Dolhay testvér Szaniszló és György is szintén átengedték már sajoin, sajómezői és izasópataki részbirtokaikat a Gyerhes testvéreknek. Az arról szóló oklevél megjelent a Máramarosi Diplómák 280. lapján. A Gyerhes testvérek egyikéről Illésről Sajómezőt egy ideig Illéspolyánának nevezték. A szerzők utódai ma is ott élnek Gyurgyin, máskép Dzsurdcs néven.

PETROVAY GYÖRGY.

KIADATLAN OKLEVELEK.

— HARMADIK ÉS BEFEJEZŐ KÖZLEMÉNY. —

XXX.

1516 febr. 19.

A pozsonyi káptalan bizonyítja, hogy pókatelki Kondé Mihály, Pozsonymegye alispánja, bizonyos hitbéri ügyben várkonyi Amadé Istvánnal és társaival egyezsége lépett.

Nos capitulum ecclesiae posoniensis memoriae commendamus, quod nobilis Michael Konde de pokatheleke vicecomes comitatus posoniensis ad nostram personaliter veniens in praesentiam per modum protestationis nobis significare curavit in hunc modum, quod ipse idem exponens superioribus temporibus in anno cuius jam tertia instat revolutio, feria quinta proxima post dominicam cantate *in oppido Zeredahel* ibidem *in domo plebaniae* cum egregio Stephano Amode de Warkon ac Johanne Fijwsi de Olsswa et domina Magdalena filia olim Nicolai de Tankhaza medio octo proborum et nobilium hominum occasione dotum et rerum paraffernalium et quartae puellares nobilium condam dominarum Perpetuae consortis et Catherinae filiae condam Ladislai Konde de dicta Pokatheleke, aviae scilicet praefati Stephani Amode de predicta Warkon sub certis obligaminum oneribus quandam habuisset compositionem et ordinationem, juxta quas quidem compositionem et ordinationem prout idem protestans asserebat, juxta

huius regni consuetudinem dicto Stephano Amode unacum suis consanguineis dummodo post talem compositionem et ordinationem, id ab eodem petivissent satisfacere semper paratus fuisset. Nolens itaque idem exponens nunc et in posterum per quempiam ob non solutionem dictarum dotum rerum paraffernalium et quartae puellaris in dictis obligaminibus pro parte sua calumniari et dampnificari posse, idcirco paratum se obtulit eisdem coram nobis ad satisfaciendum, ac tamen conditione interjecta, ut et dictus Stephanus Amode unacum suis consanguineis praedictis juxta contenta literarum eiusdem exponentis super solutione et satisfactione quartae puellaris, dotum et rerum paraffernalium nobilibus condam dominabus Elenae consorti et Dorotheae filiae condam Jacobi Konde de pokatheleke emanatarum quoad partem eiusdem protestantis satisfacere debeat et teneatur. Super qua protestatione praesentes litteras nostras eidem exponenti uberioris juris sui ad cautelam duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post dominicam Reminiscere Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo sexto.

Papir. Küljén pecsétnyom. A pókatelki Kondé-család levéltárában.

* * *

Közleményünknek családtörténelmi értékén kívül még archontologiai becse is van. Tekintettel arra, hogy a 16-ik század kezdetén szerepelt pozsonymegyei alispánok és szolgabírák sorozatát csak nagyon hézagosan ismerjük, felhasználom az alkalmat arra, hogy a Kondé-család levéltárában őrzött oklevelekben említett 1436-tól 1516-ig működött pozsonymegyei tisztviselőket felsoroljam :

1436 szept. 18. *Rozgonyi István* főispán.

1436 okt. 1. *Kislégi György fia János* szolgabíró.

1436 okt. 1. *Petényi Albert fia János* szolgabíró.

1459 márcz. 27. *Baumkircher (Pamkyrher) András* főispán.

1459 márcz. 27. *Étei Jakab* szolgabíró.

1516 márcz., febr. 19. és márcz. 27. *pókatelki Kondé Mihály* alispán.

XXXI.

1590 Eperjes jun. 19.

Rudolf király levele a néhai »Kuthur-nemzetségből« származó Derss János birtokviszonyairól.

Nos Rudolphus II-dus Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc. Memoriae

commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis : quod egregius *Ladislauus de Parlagh* et consors eiusdem nobilis domina *Barbara filia Gasparis filii Johannis Deress ex genere quondam Kuthur dicti oriundi* ratione et praetextu noviter ineundae suae rectificandae divisionis, nonnullorumque liquidandarum liquidationis bonorum et iurium et processionariorum a *Ladislao condam de Parlagh* et *Alberto, Georgio* et *Eustachio* et *Melchiore similiter de Parlagh*, tam condam *Petro, altero Johanne* et *Benedicto filiis Ladislai filii dicti de Deress* et *Thoma, Marcho, Georgio, Blasio similiter de Deress* tamquam progenitoribus suis et respective fratribus nec non a *Stephano de Deress condam Patru-ele suo* in se ipsos et condivisionales suos devolutorum fratres suos *Stephanum de Deress* et *Franciscum Deress de Zelemer*, item *Petrum de Deressy sive Zeleméry de eadem Deress* et alterum *Gasparum de Deress*, nec non sorores suas *Annam* videlicet *de Deress consortem egregii Bernardi de Dengelegyi*, *Sophiam consortem condam Blasi Szabó de Szoklyó*, *filiam Georgii condam Maturnyai ex consorte sua Catharina filia Sebastiani de Csernavoda ex condam Domina* et consorte eiusdem *Sophia filia Stephani filii Georgii de Deress susceptam* et alias ex arcta sanguinis seu avitae prosapiae suae connexionem sibi junctos, familiarum utpote de *Deress* et *Parlagh* successores, quos videlicet praeattactum tangeret et concerneret negotium, nec non *Johannis et Mathiae de Pethneháza* pariter respectu possessionis *Nadudvar* successorum et egregii condam *Johannis de Bajom* successores, certa praejudiciosa transactione mediante ultra suam qualitatem possidentes, item *Ladislauum de Ladány* et *Johannem de Földes Stephani condam Belery* successores, nepotes veturi (?) extraneos ex iisdem memoratis bonis certam juris possessionarii partem per indecenter hactenus similiter possidentes, omnes omnino (?) in serie processus specificatos in curiam Majestatis Nostrae Regiam convocaverint. Qua causa in seriem deducere partim judicialiter, partim vero placioribus mediis ubi defluxisset distinctu partium descendentium gradibus et raminata iurium radicalitatae. Tandem possessioni *Deressy* ultra tertialita a septentrione orientem versus. Sex sessiones in *Apad*, una quartalitas in *Szakallas* ad occasum, integra medietas fundi curialis arcumvallati et duodecem sessiones in *Igar*, octo ad lacunam *Tiszhányás* dictae, quatuor ad adversum promiscue habitae, fundus nobiles unus et alter allodialis, sex insuper sessiones in *Sallo*, possessionibus et praediis in comitatu de *Heves* et *Exteriore Szolnok* existentibus et habitis. In possessionibus vero et praediis utpote in *Nadudvar*, in plateis *Deressy* ultra ultra (sic!) 10, *Rendelfák* vero octo sessiones partim praediales, partim populosae et duo integra regalia pro fundo curiae desertae

Elchepd (?) et platea magnae advicinatae. In *Annepalhaza* seu alio nomine *Erdőy Zomay* vocatam tres octavalitates cum cunctis earundem *Horro Telek, Kiszakaháza seu Zám, Matronka seu Marcha foka* vocatis pertinentiarum duo Parlaghiano, una Derssiano aviticiae. In *Korpad* integra medietas, in *Gesteréd* locus curiae cum duodecem sessionibus. In *Zelemér* una quartalitas in uno continuo versus occidentem protensa cum fundo nobilitari, item ibidem alterius quartalitates tertia pars cum altero fundo curiae versus orientem in parte interdum Derssy praedicta. Integra medietas in *Parlagh* cum directa medietate curiae sive aedificii lapidei in *Monostor ultra*. Quartalitas medietas in *Balkány*, curiae unius medietas et quatuor sessiones in *Petri*, quinque sessiones cum fundo curiae in parte ad orientem tendente. In *Samson* quatuor sessiones in platea recta ad occasum procedentes, reliquis aviticiis bonis in *Leta, Nagyfalva, Dada, Martonfalva, Acsad* aliisque nonnullis possessionibus, praediis, praedictas familias concernentibus in statu priori hac vice remanentibus et per praedictas partes promiscue possidentibus hisque omnibus in comitatibus Szabolcs et Bihar existentibus et habitis, quae praememoratae ratae et praemisso modo distinctae portiones in praedictis comitatibus existentes et habitae cum universis appertinentiis de jure ab antiquo ad eandem spectantibus et pertinere debentibus coram praedicto Personali praesentiae Nostrae a reliquorum fratrum et sororum suarum juribus segregatae, praedictorum vero extraneorum adjudicatae ac taliter directis praenominato Ladislao de Parlagh et consorti eiusdem dictae dominae Barbara de Derssy, heredibus et posteritatibus eorundem universis tamquam partibus in praedicta causa triumphantibus in perpetuum possidenda relinquuntur, inhibitione, contradictione, repulsione, novo iudicio et quavis appellata non obstantibus harum Nostrarum vigore et testimonio litterarum sententionalium mediante. Datum in civitate Eperjes feria tertia proxima post dominicam sanctae et individuae Trinitatis Anno Domini Mill. quingentesimo nonagesimo. L. S. Rudolphus. Coram me Vizkelety Personalis Praesentiae Regiae Prothonotario.

Kívül: Pro parte Ladislao Parlaghy et consorte eiusdem Borbara Derssy Adjudicatoriae cum expositione Quartalitates datum Anno 1590.¹⁾

* * *

Ez az oklevél, melyet csak másolatban ismerek (eredetijének hollétét nem tudom), családtörténelmi és földrajzi tekintetben

¹⁾ Budaházy Béla úr szivességéből, ki ezen másolatot egyik ósanyjának, Budaházy Dánielné szül. Parlagi Juliannának († 1790) hagyatékában találta.

felette érdekes, a mennyiben a Parlagi, Dersi, soklói Szabó, Bajoni, Földesi, Zeleméri, Csarnavodai, Dengelegyi, Ladányi, Petneházi családok genealogiájára s birtokviszonyaira némi világító fényt vet. Legérdekesebb passusa kétségkívül az, melynek értelmében Derssi János fia Gáspár »ex genere quondam Kuthur dicti« származik, érdekes pedig azért, mert a kevésbé gyakorlott olvasóra azon benyomást teszi, hogy itt egy eddig ismeretlen Kuthur nevű nemzetséggel van dolgunk.

Mindaddig, míg régi okirataink valakinek a nemzetségét kiemelték, ezt mindig a puszta »de genere« jelzővel szokták megtenni. Másolatunk szövegezése azonban — pedig nincs rá okunk, hogy helyességét kétségbe vonjuk — már első pillanatban elárulja, hogy ez nem áll. A »quondam« és a »dicti« arra mutat, hogy Kuthur alatt, mely véleményem szerint »Kotor«-nak ejtendő, nem a szoros értelemben veendő régi nemzetségnek, hanem csak valamely személynek neve értendő s hogy ezzel egyetértőleg Derssi Gáspár nem a Kotor-nemzetségből való, hanem hogy »néhai Kotor« nevű ősatyjának ő az egyenes leszármazottja.¹⁾ A következő elemzés igazolja is ezt.

Mindenekelőtt azon kérdésre kell válaszolnunk, hogy melyik Dersi, Derzsi vagy Derzs családdal van dolgunk. Az okiratban a Parlagi, Bajoni, Földesi, Zeleméri, Csarnavodai, Dengelegi, Petneházi családok szerepelnek, melyek kivétel nélkül (pl. a 15-ik században) Szabolcsmegyében birtokoltak; így tehát magától értetik, hogy a Dersi-eket is e megyében keressük.

Itt azonban (pl. a 15-ik században) csak az egy petri Derzs-családra akadunk és így most már azt kell keresnünk, vajjon ezzel van-e dolgunk, vagy nem.

Meg is találjuk.

Másolatunk azt állítja, hogy Dersi Gáspár ősei sorában többiek között néhai Dersi László fiai Péter, János és Benedek is szerepelnek. 1407-ben pedig találjuk¹⁾, hogy (*petri*) *Derzs fia László és fiai Péter, János és Benedek bizonyos örökösödési ügyben nyilatkoznak.*²⁾ Ezen adat már elegendő arra, hogy a másolatunkban szereplő Derssi-eket a szabolcsmegyei petri Derzs-ekkel azonosítsuk; de ezzel meg nem elégedve, még a birtokviszonyokat

¹⁾ Van erre még több példánk is. Itt csak azt akarom kiemelni, hogy a fehérmegyei Szentmártoniakat 1452-ben »de genere condam Michaelis Litherth«-nek nevezik, míg egynehány sorral alább már »de eodem genere Lyterth« olvasható. (Károlyi-okmánytár II. 292.)

²⁾ Fejér X. 4., 825.

³⁾ Ezen László, kit 1392 óta ismerünk, még 1422-ben is él. 1417-ben fiaival: Benedek, Péter, Gergely, Ágoston és Pállal együtt címerlevelet kap. (Turul 1902. évf. 139.)

is elemezni akarjuk. Nádudvar, Petri, Balkány és Léta (mind-ezek Szabolcsmegyében fekszenek), melyeket másolatunk említ, már a XV. században a petri Derzs-család kezén vannak és így tehát czáfolhatatlanul meg van állapítva, hogy jelen esetben csakis a petri Derzsekkel van dolgunk.¹⁾

Ennek pedig oly következménye van, mely a »Kotor-nemzetség«-et egy csapással halomra dönti: *a petri Derzs-ek t. i. a Hont-Pázmán nemzetségből származnak*, a mi annyira közismert dolog, hogy bebizonyítása e helyen teljesen felesleges. Az »ex genere quondam Kuthur dicti« passusnak tehát másutt van a megoldása.

Ezt is találjuk.

Szabolcsmegyében volt valamikor egy *Mizsete* vagy *Mezsete* nevű helység, melynek első birtokosa: Misethei Miklós 1297 ápr. 11-én szerepel.²⁾ 1342 máj. 31-én következő birtokosai szerepelnek:

1. Mysetei Miklós fia *Sándor*.
2. Miklós fia *Tobok*.
3. *Kuthur de Mysete*.³⁾

1354 jun. 11-én a következők működnek:

1. *Kutur de Mysseche*.
2. *Thobak* fia *László*.⁴⁾

1407-ben kijelenti Hontpázmán nb. Petri Derzs fia László saját, úgy mint Péter, János, Benedek és Erzsébet nevű gyermekei nevében, hogy a *Petrus filius Kuthur de Misithe* et *Johannes filius suus* őket néhai *Misithe* *Sándor* leányának *fentebbi Derzs nejének* hitbéri és hozományi, illetőleg leánynegyedi követelésére nézve kielégítette.⁵⁾ 1422-ben pedig »Ladislaus Derzs de Petri« saját, úgy mint Péter, Benedek, Gergely, Ágoston és Pál (tévesen Marci) nevű fiai nevében arról panaszkodik, hogy szántai Laczk fia Jakab őket Nádudvar nevű birtokukban, melyet »a Petro et Joanne de »Kultier« kaptak, háborgatja.⁶⁾ Miután »Kultier«

¹⁾ Másolatunkban rossz olvasás vagy rossz írás következtében egynéhány hely- és személynév ferdtíve van. »Elchepd« valószínűleg a szabolcsmegyei (most Hajdumegyében) *Egyek*, mely 1488 körül a Parlagiak kezén van. »Annepalháza« valószínűleg az ugyanezen család birtokában volt (hajdumegyei) *Angyalháza* (ma puszta). Szoklyói Szabó Balázs pedig az 1483 és 1518-ban Zarándmegyében szereplő *Soklói Szabó*-család tagja (Sokló a mai aradmegyei Sikló-val azonos). Biztosan tudjuk, hogy egy soklyói Szabó Balázs 1563-ban Ferdinánd királytól nemességet (ez aligha helyes, hanem inkább címereslevél) kap. (Turul 1886. év. 191.)

²⁾ Zichy-okmánytár I. 88.

³⁾ Anjoukori-okmánytár IV. 229., 230.

⁴⁾ Ugyanott VI. 221.

⁵⁾ Fejér X. 4., 825.

⁶⁾ Fejér X. 6., 459.

nevű helységet nem ismerünk, világos, hogy a forrás itt ferdít és hogy »Kultier« helyett »Kuthur«-nak kell állania, a mennyiben Péter és János Mizsetei Kuthur egyenes ivadékai s ők valószínűleg »dicti Kuthur« voltak.

Kérdésünk ezek után teljesen tisztázva van.

Vajjon Hontpázmán nb. Petri Derzs neje azon Mizsetei Miklós fia Sándornak leánya volt-e, kivel 1342-ben találkoztunk, vagy vajjon Mizsetei Kotornak is volt-e Sándor nevű fia, nem tudom; annyi áll, hogy Mizsetei Sándornak nem volt egyenes fiörököse s hogy ennek következtében Kotor fia és unokája mint Sándor legközelebbi nemzetségbeli rokonai leányának utódait ennek örökösödési igényeire nézve kielégítették. Így tehát teljesen igazat mond az 1590-féle darabunk, ha petri Derzs fia László utódait »ex genere quondam Kuthur dicti oriundos«-nak mondja, mert ők mint Mizsetei Sándor, Kuthur legközelebbi nemzetségbeli rokonának utódai, anyai ágon ezen Kotornak vagy egyenes ivadékai, vagy pedig, a mi elvitázhatatlan, Mizsetei Kotor családjából valók.

Kuthur tehát nem nemzetségi, hanem személynév.

XXXII.

1702 Wien, jun. 27.

Királyi határozat gróf Sinzendorff János Weikhardnak Magyarországon, nevezetesen Tolnamegyében fekvő birtokai ügyében.

Sacratissimae caesariae regiaeque Majestatis domini domini nostri clementissimi nomine, eiusdem camerario, consiliario et supremo falconum magistro, illustrissimo domino Joanni Weichardo Michaeli Wenceslao sacri romani imperii comiti a Sinzendorff hisce gratiose instrumentum praelibatam suam majestatem sacratissimam ad humillimam ipsius domini comitis instantiam superindeque factam camerae hujusce aulicae demississimam relationem, consideratisque quoque fidelibus ipsius domini comitis a Sinzendorff servitiis allegatae suae Majestati sacratissimae praestitis benignissime resolvisse . . . domino comiti a Sinzendorff *suaeque conthorali illustrissimae dominae Isabellae Mariae Magdalenae natae Landgraviae de Fürstenberg* nec non haeredibus ipsorum sexus masculini et *uni filiae*, ex modofata domina conthorali sua descendenti ad placitum ipsius domini comitis et dominae conthoralis suae, ita quidem, ut filiae illius haeredes utriusque sexus in bonis infra denominandis, in rata portione eiusdem habeant successionem, totum et omne jus suum regium et armorum, in bonis per ipsum dominum comitem a Sinzendorff *absque haeredibus defuncti Joannis Michaelis Hochenwarther* caesareo-regiae cameralis admi-

nistrationis Budensis olim consilarii et tricesimatoris ibidem, *consortisque ejusdem Mariae Caeciliae, Joanne Leopoldo a Schinghaimb* attactae administratione Budensis registraturae et expeditoriatus adjuncto, uxoris suae et reliquarum prolium Hochenwartherianarum nominibus, tractante et contrahente in: et pro triginta unia mille et quingentorum florenorum rhenensium summa, utputa in praediis *Botth* et *Czonkadeöse*, nec non possessionibus *Torvagy* es *Bihal* (hac quidem possessione *Bihal* in medietate jure dumtaxat pignoratitio) prouti et in duabus domibus, una quidem in arce Budensi, altera vero *in suburbio ibidem Wasserthalt* vocato existentibus, vineisque ad easdem domos spectantibus, altera quoque vinea in promontorio Albae Regalis situata. aliis terris, pratis, silvis, cunctis denique ad praespecificata praedia. dictasque possessiones et domos de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, cunctis praerecensitis in comitatu Piliensi habitis et existentibus similiter in bonis per ipsum dominum comitem a *Sinzendorff* ab *egregio Adamo* et *domina Maria, Egregii Francisci Rattky de Salamonalva* consorte, *filio vero et filia egregii olim Francisci, filii alterius senioris Francisci Bottka de Szeplak*, nec non *nobili domina Magdalena Babocsay jam dicti Francisci Bottka junioris relicta vidua, qua nobilium Pauli filii et Clarae filiae suorum ex praefato quondam domino et marito suo susceptorum* naturali tutrice et curatrice jure perpetuo et irrevocabili pro undecimille et octingentis florenis emptis et comparatis, signanter autem in totalibus et integris possessionibus *Nagyszekelly, Kisszekelly, Mucsy, Zavoth* et *Apar* prouti et in praediis *Palfalva, Egres, Csetey, Szentlőrincz, Ban, Udvary, Kölösd, Kis-Tormos, Nagy-Tormos, Nana, Demerkapy, Apaty, Kismányok, Izmeny, Alapsa, Muzyfalva, Varasd, Nagy-Veike, Kis-Veike, Csokafeő, Csil, Bad, Dus, Csehfeő, Hegyesz, Szakadad, Rekettye, Bereny,* et *Kalaszno* sic dictis et nuncupatis, praeterea in certa mola penes *Simonthornyam* exstructa *forgomalom dicta*, in duabus partibus a *Joanne Francisco Losonczy* et *Georgio Zana* (lehet *Pana* is) in reliqua vero a praefata familia *Bottkaiana* empta et acquisita inque comitatu *Tolnensi* existentibus et habitis. quomodocunque et qualitercunque habitum unacum perennalitate. quoad medietatem supradictae possessionis *Bihal* ad fiscum regium spectante aliisque cunctis praetensionibus, quas fiscus regius qualitercunque sub titulo ad eadem praespecificata bona haberet, pro sex mille illis florenis rhenensibus, quos ipse dominus comes a *Sinzendorff* *adhuc in anno Millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo pro cöemptione Avium summaedictae suae majestatis sacratissimae mutuo dederat, persolutionem autem eorundem usque in praesens nondum obtinuit unacum interessae unius mille*

ducentos et viginti octo florenos constituentae sicque in toto pro septem mille ducentis et viginti octo florenis rhenensibus conferendum, superindeque consuetas litteras donationales regias cum libera disponendi facultate et evictione fisci regii, respectu omnium praespecificatorum bonorum, domuum, vinearum et molendini usque ad praescriptam tamen duntaxat septem mille ducentorum et viginti octo florenorum summam, contra impetitores legitimos . . . domino comiti a Sinzendorff et suis praescriptis praestanda per inclitam cancellariam Hungaricam Aulicam expediendas esse et extradandas, prouti eatenus praescripta benignissima resolutio caesareo-regia mentionatae cancellariae Hungaricae per cameram hancce aulica jam quoque intimata existeret.

Ideo praenarrata benignissima resolutio caesario-regia ipsi domino comiti a Sinzendorff pro sua suorumque praescriptorum, notitia et securitate, per hocce decretum gratiose intimatur. In reliquo sacratissima caesarea regiaque majestas gratia caesarea eidem benigne propensa manet. Signatum Viennae sub praelibatae suae majestatis appresso sigillo caesareo secreto

Gotthardus Henricus

Comes a Salburg

Jacobus Andreas Comes de Brandis. (P. H.)

Per Imperatorem die 27. Juny Anno 1702.

Georgius Antonius Ferschner.

A papirra rányomott ép pecséttel. Eredetije gyűjteményekben őriztetik. Kívülről egykorú irással: Sacratissimae caesareae regiaeque majestatis camerario, consiliario et supremo falconum magistro, illustrissimo domino Joanni Weichardo Michaeli Wenceslao sacri romani imperii comiti a Sinzendorff assignandum.

* * *

Az itt szereplő Sinzendorf János Weikard Mihály Venczel 1715-ben halt meg. Prosper nevű dédunokája 1803-ban hercegi rangot kap, de vele kihalt a család 1822-ben.

Oklevelünk nemcsak genealogiailag, hanem földrajzi tekintetben is igen érdekes, a mennyiben a tolnamegyei birtokviszonyokra világító fényt vet.

XXXIII.

1723 Prága, aug. 27.

III. Károly király megerősíti azon szerződést, melynek erejével gróf Sinzendorff Prosper Antal tolnamegyei birtokait gróf Mercy Kolozs Florimundnak előörökítette.

Nos Carolus VI. dei gratia electus romanorum imperator semper Augustus etc. Memoriae commendamus tenore praesen-

tium significantes quibus expedit universis, quod pro parte et in persona fidelis nostri spectabilis ac *magnifici Claudii Florimundi sacri romani imperii comitis de Merci generalis cavalleriae unius regiminis militiae nostrae equestris ordinis cataphractorum colonelli, nec non districtus comitatusque Temesiensis supremi commendantis et consiliarii nostri* exhibitae sint nobis et praesentatae certae quaedam litterae fassionales testimoniales latino idiomate confectae, die vigesima quarta mensis aprilis anno vero recenter praeterito Millesimo septingentesimo vigesimo secundo (1722 ápr. 24.) in libera regiaque civitate nostra Poseniensi sub sigillo iudicis curiae nostrae regiae, fidelis nempe nostri, nobis sincere dilecti spectabilis ac *magnifici comitis Stephani Koháry de Csabrágh, comitatus Honthensis perpetui supremi comitis generalis campi mareschalli locumtenentis (= altábornagy), partium regni nostri Hungariae cisdanubianarum et confiniorum antemontanorum vice generalis et actualis intimi consiliarii nostri* emanatae, ac per fidelem pariter nostrum egregium magistrum *Gabrielem Kapy*, memorati comitis iudicis curiae nostrae regiae protonotarium extradatae, quibus mediantibus fidelis pariter noster spectabilis ac magnificus comes *Prosper Antonius Josephus a Sinzendorff* et soror ejusdem generosa ac magnifica domina *Maria Elisabetha nata comitissa a Sinzendorff*, fidelis non absimiliter nostri spectabilis ac magnifici comitis *Antonii de Berchtold conthoralis, filius vero et filia spectabilis ac magnifici condam comitis Joannis Vaichardi Michaelis Wenceslai a Sinzendorff* adeoque legitimi ac immediati ejusdem heredes et successores universa bona sua *Bottkaiana dicta*, jure paternae successionis ad eosdem devoluta et condescensa: nempe totales et integras possessiones *Nagy-Székel, Kiss-Székel, Mucsy, Zauodt et Apár*, totalia item et integra praedia utpote *Palfalva, Egres, Cseten, Szent-Lőrincz, Ban, Udvari, Kölesd, Kis-Tormás, Nagy-Tormás, Nána, Dömör, Kapii-Apathi, Kis-Manjok, Izmény, Alapsa, Mucsfa, Varasd, Nagy-Veike, Kis-Veike, Csókafő, Bolyata, Csék, Pabd, Dus, Csehő, Hegiez, Szakadat, Rekettye, Berény* et *Kalaszno* nuncupata ac in comitatu omnino Tolnensi existentes et habita una cum universis eorundem appertinentiis et utilitatibus antelato *Claudio Florimundo comiti de Merci* eiusdemque futuris heredibus ac posteritatibus, iis vero non existentibus, ad liberam dispositionem ejusdem legatariis et cessionariis utriusque sexus universis, in et pro quindecim mille florenis jure perpetuo et irrevocabiliter dedisse, vendidisse ac perpetuasse per manusque tradidisse et assignasse, nullumque jus nullamve juris et domini proprietatem pro se se (így!) suisque infrascriptis universis peramplius reservasse dignoscebantur tenoris infrascripti. Supplicatum itaque extitit majestati nostrae

nomine et in persona memorati Claudii Florimundi comitis de Merce debita cum instantia humillime, quatenus praeattactas litteras fassionales testimoniales omniaque et singula in iisdem contenta, ratas, gratas et accepta habentes litterisque nostris privilegialibus inseri et inscribi facientes, praemissis perennalibus dationi, venditioni, perpetuationi per manusque traditioni et assignationi aliisque omnibus et singulis in iisdem litteris fassionalibus, testimonialibus clarius et uberius denotatis et expressis, nostrum regium consensum benevolum pariter et assensum praebere dignaremur Quarum quidem litterarum fassionarium, testimonialium tenor talis est :

»Nos comes *Stephanus Koháry de Csabrágh et Szittnya perpetuus in Murány, Judex curiae regiae sacratissimi principis et domini domini Caroli VI. dei gratia electi romanorum imperatoris semper augusti ac Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Sclavoniaeque etc. regis, archiducis Austriae, ducis Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, marchionis Moraviae, comitis Habsburgi, Tyrolis et Goritiae actualis intimus consiliarius, colonellus, comitatus Hontensis perpetuus supremus comes, generalis campi mareschalli locumtenens et partium dicti regni Hungariae cis Danubianarum confiniorumque Antemontanorum vice generalis, memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod egregius magister *Gabriel Kapij de eadem officii nostri judicatus curiae regiae protonotarius, nostram personaliter veniens in praesentiam ex debito officii sui nobis fideliter retulit hunc in modum: Qualiter idem pro parte et ad requisitionem illustrissimi sacri romani imperii comitis Claudii Florimundi de Merce* altefatae majestatis suae sacratissimae cavalleriae generalis, unius regiminis equestris ordinis Cataphractorum colonelli, nec non *Banatus Temesiensis generalis commendantis* erga se factam, pro exaudienda perennali fassione, qua infra, per spectabilem ac magnificum comitem *Prosperium Antonium Josephum a Sinzendorff*, generosam item ac magnificam dominam comitissam *Mariam Elisabethem natam aequae a Sinzendorff*, spectabilis autem ac magnifici comitis *Antonii de Berchtold conthoralem*, filium et filiam spectabilis itidem olim ac magnifici comitis Joannis Veichardi Michaelis *Wenceslai* non absimiliter a *Sinzendorff* ex generosa ac magnifica olim domina comitissa *Maria Isabella de Fürstenbergh* conthorali sua susceptam et progenitam (in quem videlicet et quam via indubitatae successionis bona illa, quae nunc dictus ipsorum genitor a familia *Bottkaiana* penes certas perennales litteras eiusdem familiae *Bottkaianae* fassionales jure perpetuo irrevocabiliterque, in et pro certa summa pecuniaria,*

tandem vero, impetrato desuper a gloriosae reminiscentiae sua majestate sacratissima Leopoldina consensu et jure regio, statione quoque stabilito et subsequenter etiam armorum, aliorum decursibus, molendinis et eorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et appertinentiarum integritatibus ad easdem totales et integras possessiones ac praedia de jure et ab antiquo spectantibus, pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus antelato sacri romani imperii comiti Claudio Florimundo de Merci (titulus) eiusdemque futuris heredibus ac posteritatibus, iis vero non existentibus, ad liberam dispositionem suam, etiam legatariis et cessionariis utriusque sexus universis omni eo praemisso jure, quoad ipsos hactenus pertinuissent ac in futurum pertinere potuissent debuissentque, si vendita non fuissent, in et pro quindecim mille florenis effective ab eodem comite emptore ipsis juxta quietantiam simul et semel depositis, per ipsosque realiter ac defectu absque omni levatis ac perceptis, utenda, tenenda, possidenda, pariter et habenda dederint, transulerint, perpetuarintque et per manus tradiderint ac assignaverint, prout dederunt, vendiderunt ac perpetuarunt per manusque tradiderunt et assignarunt, jure perpetuo ac irrevocabiliter, nullum jus nullamque juris et domini proprietatem pro se se praescriptisque suis universis in iisdem praespecificatis bonis peramplius reservando, sed totum et omne praedeclaratum jus ipsorum, bonis in iisdem hactenus habitum, in antelatum comitem emptorem suosque quos supra utriusque sexus universos transferendo cedendoque et derivando pleno jure et reali cum effectu sub evictione illa, sub qua ipsi eadem habuerunt possederuntque. In cujus subsidium cuncta quoque litteralia instrumenta, factum et jus eorundem bonorum concernentia, memorato comiti emptori, pro futura sui suorumque defensione et cautela deservientia pariter assignarunt et tradiderunt assignantesque se et tradidisse asseruerunt coram eodem magistro protonotario nostro. Unde nos ad fidelem ejusdem referentis magistri protonotarii nostri nobis factam relationem, praesentes litteras nostras super praerepetita utriusque fatentis in praespecificatis bonis hereditariis perpetuique juris cessione et venditione ipsorum bonorum testimoniales jurium saepe memorati comitis Claudii Florimundi de Merci et ejusdem praescriptorum futura, uberiorisque pro cautela necessarias extradandas esse duximus et concedendas. In libera regiaque civitate Posoniensi die vigesima quarta mensis Aprilis anno domini Millesimo septingentesimo vigesimo secundo. (L. S.) Lecta et extradata per magistrum Gabrielem Kapÿ de eadem, excellentissimi domini comitis domini judicis curiae regiae protonotarium.

Nos itaque hujusmodi humillima supplicatione pro parte et in persona antedicti Claudii Florimundi comitis de Merco propterea nostrae modo quo supra porrecta majestati regia benigni-adepto jure mediante, pro se, heredibus posteritatibusque suis utriusque sexus universis, ad liberam dispositionem suam legitime acquisiverat et comparaverat, veluti heredes devoluta essent et condescensa) coram ipso fienda et celebranda, in inclitum marchionatum Moraviae pervenisset, in castello, loco possessionis *Beleticz* dictae exstructo primum antelatam comitissam Mariam Elisabetham natam a Sinzendorff dominam conthoralem Berchtoldianam, signanter die vigesima mensis Aprilis et anni infrascriptorum personaliter repertam, ex post vero die immediate subsequuta vigesima prima ejusdem mensis ulterius ad liberam marchionalem civitatem Brunensem facto progressu ibidem rursus praeattactum quoque comitem fratrem eiusdem Prosperum Antonium Josephum a Sinzendorff ibidem constitutum accessisset. Qui ambo, dictis in locis reperti, in conspectu dicti protonotarii nostri, consequenter personaliter venientes, oneribus primum et gravaminibus universorum heredum, proximorum et consanguineorum, successorum item ac legatariorum omnium denique eorum, quos videlicet infrascriptum tangeret et concerneret, aut in futurum tangere et concernere quoquo modo posset negotium, per omnia in se assumptis et levatis, matura et exacta animorum suorum deliberatione intra se se praehabita, sponte ac libere benevoleque unanimiter confessi sunt et retulerunt hunc in modum : quomodo videlicet iidem fatentes certis legalibus de causis etc. rationibus se se ad hoc inducentibus moti et quidem ratione inter alias ob id, *quod bona hoc in regno Hungariae sita, a residentibus et aliis bonis ipsorum potioribus in praedicto marchionatu Moraviae existentibus et actu habitis, procul admodum dissita forent, unde hoc simul rite per ipsos una administrari nequirent.* Universa itaque bona illa Bottkaiana, quae post mortem et ex hac vita decessum praenominati genitoris eorum aequali jure in se se condescensa hactenus possedissent ac tenuissent, signanter vero totales et integras possessiones *Nagyszekel, Kisszekel, Mucsy, Zauoít et Apar*, totalia item et integra praedia utpote *Palfalva, Egres, Cseten, Szent-Lórinçz, Ban, Udvari, Kölesd, Kis-Tormas, Nagy-Tormás, Nana, Dömörkapú, Apathi, Kis-Manjok, Izmeny, Alapsa, Mucsfa, Varasd, Nagy-Veike, Kis-Veike, Csokafó, Bolyata, Czél, Pabd, Dus, Czehfő, Hegiez, Szakadat, Rekettye, Berény* et *Kalaszno* nuncupata ac in comitatu omnino Tolnensi existentes et habita una cum universis eorundem appertinentiis, proventibus, *robotis, datijs*, censibus et emolumentis quibuslibet terris videlicet arabilibus cultis et incultis, agris,

Item. Si quis homicidium perpetraverit, et hoc sufficienti testimonio probare poterit, sententia capitis sui subiacebit. Actor persequitur et jure debet decolari, et processus hoc modo debet fieri, quo termino decisive advenienti, iudex cum suis juratis pro tribunali sedentibus : Actorem prima voce requisitum habebit, utrum sua jura contra homicidam petit effectui mancipari. Qui si reprehenderit quem vult, iudex tamquam miseria motus compatienti debet dicere : Bone vir, aut bona mulier quid tibi auxiliabitur de morte hujus viri, num quid resurget eo facto vir tuus vel frater tuus? Et his dictis iudex pausare debet per parvam intervallum. Item secunda vice iudex modo simili tenebitur resumere : Si vult persequi jura contra homicidam. Si dixerit, iterum quod vult : Iterum debet iudex mitibus sermonibus obviare Actori, ut ne festinet in mortem ipsius homicidae. Per 3-tio pausato modico longius quam primum, actori debet dicere ; vis perducere causam tuam in effectum, contra hunc hominem per viam juris, si dicet 3-tia vice quod vult : Tunc juratus civis cui ipsa causa per iudicem et amissa ille assurgit : et contra homicidam profert hoc modo Sententiam : Domine Iudex sum requisitus per viam juris praesentia contra istum hominem, et per ut interfecit, et quomodo testimonio sufficienti contra homicidam, illud homicidium fuisse perpetratum suo modo declarabit de verbo ad verbum. Quo declarato debet juratus civis dicere : Ex eo Domine Iudex, domini mei jurati et ego pariter cum ipsis deliberavimus ut prece huic homicidae perferat sententiam : et prece debet dicere astando circa homicidam : Domine Iudex domini jurati ex quo ego debeam

sententiam proferre contra et adversus hunc homicidam. Sententia haec est, ut ducatur, ad talem locum, ubi consveverunt homines decolari, et ibi decoletur, ut de coetero, sanguis innoxius per eum ne fundatur: qui cum ad locum deductus fuerit, ubi decolari debet. Praeco alta voce acclamet populo silentium ipsis imponendo proferat: Quicumque hominum sanguinem innocentem effuderit, tali turpi nece interimetur, sicut iste. Postquam autem decolatus fuerit caput decolati ponatur ad posteriora ejus.

Art. 11.

De praesentatione hominis interfecti ante praetorium, et qualiter procedatur contra homicidam fugitivum.

Item. Si quispiam hominum interemptus fuerit, debet portari ante praetorium priusquam sepelietur, et ibi uxor ejus et fratres debent alta voce homicidam quem nuncupare nituntur, astantibus juratis civibus nominando eum: qui per ipsum sit interemptus postquam sepelietur, visis primum vulnere plagis in corpore mortuo. Sic acclamatus pro homicidio viri reprehensus fuerit, et contra ipsum hoc homicidium perpetratum aprobare nequiverit, et attractus factum negaverit se in omnibus immunem et innocentem affirmans. Attractus sive detentus se juri praesentabit semet centesimus in suae innocentiae puritatem, et se purgabit semet quadragessimus octavus suo ac ipsorum testium juramentis in proximo termino juridico sequente. Et si ipse aut testium quispiam in ipsorum juramentis fefellerit, vel fefellerint tunc ipso facto sententiam capitis subiacebit, modo superius specificato. Juratores autem falsi impunes reputabuntur.

A. 12.

De mulieribus dominum et maritum suum clandestine interficientibus.

Item. Si qua mulier dominum et maritum suum auxilio famuli sui cum famulo pariter commixta fuerit, interfecerint, et hoc sufficienti testimonio probat, imo propter majorem rei experientiam, tamen ipse quam ipsa debebunt ad cordas ligari, et per poenas dolorum exterriti debeant persequi, quibus sic peractis et compertis, vel quomodo et qualiter interemerit dominum et maritum ipsius mulieris, ipsa debet sub patibulo viva sepelliri. Famulus vero qui non est veritus honorem sui domini foedere (foedare?) ac sanguinem sui domini innocentem, tam nequiter effundere, debet nudus ad unum currum ligari, et in curru erectus stare ligatus et supra currum debet poni

focus cum carbonibus recentibus; circa carbones debebunt forpices fabri ignitanti poni, ut semper igniti forpices valeant de ipsis carbonibus excipi. Et cum iisdem ignitis forpicibus debebit corpus interemptoris domini sui laniari, et per omnes plateas civitatis ipse currus duci, quibus peractis debebit ad patibulum duci, et ibi sub patibulo decolari.

A. 13.

De mulieribus dominum et maritum suum interimentibus per intoxicationem veneni et de poena ipsarum.

Item. Si qui homines viri vel mulieres per intoxicationes veneni interemerint, et hoc ipsum divulgatum fuerit plerisque vicibus: Tunc iudex et jurati debebunt tali nequitiosi crimini per viam juris obviare. Et hoc tali (tali) modo qui debebunt certos exploratores in arcana dirigere in eo scrutando: Quod si signum evidens per exploratorem compertum apparuerit: Tunc illum vel illam mox detinendo inquire per tormenta inquire debebunt. Qui tale nefas cum dolosissimo animo fieri consuevit: et si culpabiles comperti fuerint: sententia super illos prolata palam et manifesta ad locum supplicij vel patibuli ducantur et ibi igne comburantur, ut coeteris cede videantur in Exemplum.

Art. 14.

Quod iudex debet prosequi causam hominis interfecti, cui non sunt consanguinei quaerentes sanguinem interfecti.

Iterum. Si advena in medio civitatis venerit, et ibi eum quispiam hominum ratione suarum rerum aut quacunque occasione ipsum interemerint et homicidam detinuerit. Quod iudex de facto tenebitur, et debebit [si nullus erit qui prosequatur effusionem sanguinis ipsius ex consanguineis suis] causam prosequi contra homicidam illum hoc modo: Homicida ducetur ad praetorium in termino juridico iudice et juratis civibus pro tribunali sedentibus iudex debebit assurgere et officium iudicatus sui, iudici pecuniarum aut uni ex juratis civibus resignare; interim assurgens de loco suo dicet: Domine iudex et domini jurati conqueror contra homicidam istum, quia fratrem meum interfecit; peto sententiam vestram contra istum homicidam pronunciari; quod si negare vellet in ipsa perpestratione est detentus, et per sententiam latam debebit decolari, quem ductum ad locum iudex tenebitur eum facere decolare.

A. 15.

De mulieribus filium adulterij interficientibus et de tradentibus propriam filiam ad prostibulum.

Item. Si mulier tempore viduitatis aut cujuscunque foeminei sexus existentes adulterando vel moechando conceperit, et conceptum peperierit, ac partum interemerit, aut quae mulier propriam filiam prostibulo pro pecunia(m) tradiderit, et hoc sufficientem testimonium vel testimonium oris proprij ipsorum aut aliorum fide dignorum honestorum virorum aprobatum fuerit, tales debent duci ad patibulum, et ibi debent eos igne facere comburi et consummi.

A. 16.

De adducentibus virgines et juvenculas dominas hinc inde adulterando pro pecunia.

Item. Si quae vetulae juvenculas virgines et dominas ad adulterium luxuriantem pro pecunia, aut in favorem domicellis clientibus aut alijs quibuscunque personis extra matrimonium existentium adduxerit, tales vetulae debebunt in saccis ligari, et in aquis vehementibus submergi, in exemplum alijs vetulis.

Art. 17.

De adulterio commisso per legitimam mulierem vel per legitimum virum.

Item. Si mulier habens legitimum virum, et vir habens uxorem legitimam, mutuo invicem adulterium perpetraverint, et vir pariter legitimus ipsos commiscentes reperierit, de jure ambos interimere debet, si ipsos superare valebit viribus. Sin autem eos recludere debet, ipsosque captivitati mancipando, idem per gravia tormenta inquiri, per viam juris, iudice et juratis civibus assistantibus, reique gestae experientiam habentibus tales debebunt duci ad patibulum, et ibi fossa sepulchri facta in ipsum sepulchrum vivi supra invicem poni debebunt, et palo per ipsum medium percuti, et sic vivi debebunt sepeliri.

Art. 18.

De violentia et oppressione facta honestis mulieribus in domibus ipsarum.

Item. Si quis hominum honestam dominam viduam vel legitimam ubi hospitio descendens aut clam subintrans ipsam violenter oppresserit, si clamare poterit, vicinis audientibus

erit testimonium sufficiens, si autem idem (eadam?) mortis minus (minis?) mortis impositis clamare non praesumpserit: mox ut exire poterit suis vicinis lacrymosis oculis protestata fuerit, demum iudicem vel juratos cives accedendo lamentabiliter lacrymosis oculis suae violentiae oppressionem declarans: Mox ijdem juri debebunt detineri captivitati mancipando, ac per gravia tormenta debebit inquiri, quibus sic compertis, idem violator cum pedibus suis ad caudam equi ligari debebit, et per vicos, civitatis trahi, demum ad patibulum ac ibi sub patibulo decolari.

Art. 19.

De violatoribus virginum et de processu earum contra ipsos.

Item. Si quis hominum virginem violaverit, si ipsa clamaverit, et signa suae violationis ut expedit in suis camisijs, aut aliter qualicunque factis pro sufficienti testimonio habeatur: Si autem clamare nequiverit vel non audietur per quempiam: sed ipsam occludendo servaret: mox ut exire poterit, ad honestas dominas adjerit, eisdem lacrymosis oculis lamentabiliter conquerens, postremo iudicem accedendo similiter conquesta fuerit taliter. Violator mox captivitati debebit mancipari, et gravissimo tormento perquiri. Quibus sic compertis ad caudas equi debebit ligari, et modo praemisso per omnes plateas trahi demum sub patibulo decolari.

Art. 20.

De violentia facta virginibus ac honestis mulieribus in Campis.

Item. Si violatio tam virgini quam mulieri legitimae aut viduae in campis fuerit perpetratum: Tunc mox ut civitatem intraverit, aut oppidum seu villam, de suorum vel sui violatione tenetur protestari profusis lachrymis lamentabiliter, quod si clamaverit ad nullius auditum devenire valuerit, quibus perceptis iudex et jurati, imo tota communitas tenetur talem pro tali re sceleratissima insequi, et modo praemisso tormentis gravibus inquiri: quibus sic compertis si reperiri et investigari poterit per tunc aut imposterum ad caudas equi debebit ligari, et per omnes vicos civitatis trahi, et sub patibulo cum rotis per crura frangi, et supra rotam plecti membratim, ut terror incutiatur omnibus maleficis.

A. 21.

De virgine alicui adolescenti consentiente sub spe, ut in legitimam uxorem ducatur.

Item. Si virgo cuiquam adolescenti consentiendo commixta fuerit, quibuscunque verbis, donis aut promissionibus insertis, et ipsa ornatis crinibus aut depllo temeraria praesumptione, in verecunda facie, iudicem accesserit vel juratos cives, proponens realiter : Domine Judex et Domini Jurati ecce iste talis N. dedit mihi fidem, quia vult me in legitimam uxorem ducere, et in tantis suis blandis sermonibus circumvenit, me, et ego confensi ei, ipse me claustrum virginitatis privavit, et nunc me in uxorem legitime ducere renuit, peto super eum iudicium et Justitiam impertiri : Quo praecepto : Si adolescens reprehenderit, se promississe illam ducturum in uxorem, tamen ipsam nunc recipere non possum, occasiones quascunque ingerens teneatur eam recipere in uxorem, nec secus facere valebit. Si autem negaverit adolescens solo se purgabit uno juramento, quia non promiserit ipsam ducere in legitimam uxorem, et liber ac solutus ab ea pronunciabitur.

A. 22.

De opprimentibus publicam meretricem potentialiter.

Item. Si quis publicam meretricem per potentiam opprimeret, ipsa clamore facto per illata potentia potestata fuerit ; probato sufficienti testimonio, talis sententiae capitis subjacebit, tractus in caudis equi, sub patibulo decolabitur.

A. 23.

De irruentibus in aliquem in domo aut vinea.

Item. Si quispiam civium id domum suam irruerit eidem laesionem quampiam per genus armorum intulerit, pro livoribus, plagis, vulneribus mutilationibus membrorum solvet juxta definitionem prius declaratam, si ipse testimonio sufficienti probare voluerit, imo si solum cum duobus vicinis qui illum clamorem audierit probare valuerint, per sufficienti testimonio acceptetur, et per eo quia potentialiter in domum suam irruerit : Sententiae capitis subjacebit : ipsum redimet a persona laesa cum 32 marcas quas ei ex solvet, et iudici pro tempore constituto similiter dare tenebitur 32 marcas, et per qualibet marca solvet 4-tuor florenos auri, minus quartam partem unius floreni auri. Et si hominem in via existente et laboribus inhaerentem invaserit : Et si hoc ipsum probare valuerit, cum vicinis ut pro-

fertur pro testimonio rato habebitur, et sententiae superius specificatae per omnia subjacebit.

A. 24.

Quibus modis et cum quibus probatis violentia vel potentia facta in domibus vel vineis proprijs.

Item. Si ipsae causae praescriptae contra attractum testimonio sufficienti probare nequiverit, se ipsum purgabit super laesionem vel laesionibus per ipsum perpetratis contra actorem cum totidem testibus vel personis, ut ipsum in praescriptis articulis specificatum est. Demum vero pro facto potentiae pro quo ipsum in domo aut vinea invaserit: Si diurno tempore vel nocturno factum fuerit, cum omnibus quos ad id habere poterit, se purgare valebit suis juramentis: Qui sicum ut sint de fide christiana, Si vir cum viris: Si autem hoc idem nocturno tempore perpetratum fuerit, tunc cum incolis ipsius civitatis prospera et adversa cum eis tolerantis, se purgare juramentis debet, et tenebitur in terminis iudicis post sese sequentibus.

A. 25.

De non custodientibus puteum ante domum fossum.

Item. Si quis puteum ante domum fossum habuerit, et ipsum debita custodia non praemuniverit; et si bos vel equus, aut quodcunque animal in ipsum inciderit, cruraque fregerit, aut morte perveniente submersum, vel quocunque modo in ipso puteo interierit, putei dominus valorem eorum solvere tenebitur plene cum effectu, et ipsum animal ostensum aut morte preventum manebit Domino putei.

A. 26.

De poena imponenda hospiti, si homines ceciderint in puteum suum ante domum fossum.

Item. Si puer vel homo adultus vino gravatus aut infirmitate perventus, ex quibuscunque casibus perveniendis, si in ipsum puteum inciderint, et laesiones quascunque vel qualescunque pertulerint: dominus putei pro iisdem laesionibus solvere tenebitur, ac si manibus proprijs ipsas laesiones fecisset. Solutio vero juxta formam superius declaratam. Si sint plagae, sanguinum effusiones, vulnera, mutilationes aut fractiones crurum plenarie solvere debet. Et si incidentes mortem proventi fuerint, sententiae capitis subjacebunt: Et si cum persona pacis inierit.

Tunc iudici per tempore constituto solvere debet marcas 32 pro sui capitis redemptione.

A. 27.

Quod si volens aliquem interficere in domo sua, et per Dominum domus interficietur, tunc interfectus perdet suum sanguinis effusionem.

Iterum. Si quis civium in domum sui concivis venerit ipsum interficere machinando, et suffragante fortuna dominus domus in virum prudenter aggressum praevaluerit, ipsumque interfecerit, et hoc vicinis audientibus aut videntibus. Vir qui prudenter est aggressus et interfectus sanguinis sui effusionem perdet: insuper illud mortuum corpus debet ad caudam equi ligari et ad patibulum duci, ibi denique debet ad rotas poni, ne ullus proximorum suorum nec in iudicio, aut extra iudicium super ipso poterit quoquomodo persequi.

Art. 28.

De poena interficientis aliquem in vinea aut possessione interfecti.

Iterum. Si quis hominum aliquem in vinea sua, terris arabilibus, pratis sylvis suis aggrediendo manibus armatis irruerit, ipsumque interfecerit, dolo pro concepto, et hoc testimonio vicinorum probari poterit. Talis jure detentus tali sententiae est subijciendus, qui in termino juridico ad caudas equi erit ligandus ac sub patibulo trahendus ibique decolandus. Soepe primo per preconem praeclamandus, quod quicumque hominum in tali sceleratissimo crimine fuerit deprehensus sententiae similiter huic subiacebit. Si autem probari contra eum testimonio sufficienti non poterit, tunc se iudicio praesentabit semet centesimus, et se purgabit semet quadragesimus octavus suis et ipsorum testium juramentis, ita quidem ut Actor illam causam persequitur.

A. 29.

De latronibus et spoliatoribus ac ipsorum processu et qua morte moriantur.

Item. Si quis hominum aliquem more latrocinij invaserit, eumque suis rebus spoliaverit et vulneribus affecerit: Talis modis omnibus est persequendus et captivitati mancipandus. Qui cum detineri valuerit, mox durissimis tormentis est afficiendus, et de suis sceleribus perquirendus, de sua societate, hospite

et hospitio diligentissime perscrutandus, ubi locorum ipsa mala spolia perpetravit, quos homines interfecit, et quo ipsa corpora per ipsum interempta facerit (fuerint?), quibus ipsa spoliata bona, tam causa vendendi quam servandi assignavit, quos socios habuerit ubi vel quibus sint locorum, in quibus convenire consueverint, et nomina omnium talium quos nominaverit singula singulariter sine omni diminutione conscribantur. Quibus sic habitis in termino juridico sententia lata: primum precone clamante quod quicumque tale crimen flagitiosum perpetraverit, tali sententiae subjacebit: quo proclamato si dominum suum interfecerit, de quo superius dictum est. Artículo 10; forpicibus ignitis laniandus: per solo autem latrocinio ad caudam equi ligabitur, et per omnes vicos civitatis trahetur, in pluribus plateis cum ipso pausando prece semper clamabit pro ut superius declaratum est. Demum ad patibulum trahatur, et ibi cruribus fractis ad rotam ponatur, ut de coetero similia facere nequeat, et coeteris in exemplum cedi videatur.

A. 30.

De faciendis incendia segetum domini sui.

Item. Si quis hominum vel familiarium ratione suae mercedis quam dominus suus retinuerit: et per viam juris a domino suo repetierit, sed maligno fretus spiritu per voraginem ignis segetes domini, aut in horreo congregatum combusserit, talis, cum deprehensus fuerit, sufficienti praehabito documento debetur circa patibulum igne concremari.

A. 31.

De ponentibus signa incendij ad domos aut horrea divitum, ut taxentur timore ignis.

Item. Si quis hominum maligno ducti spiritu, ad domos, portas horrea, seu alia notabilia loca: carbones scopas et alia signa appenderit domibus segetalium qui facultates in temporalibus possident, et per eos taxentur homines, qui circa nos ut communiter facere consueverant, tali modo et ipsa faciebant, qui postquam ipsa praescripta appendebat, tunc ibat ad unum monachum aut sacerdotem, cui quasi in specie confessionis dicebat. Talis homo te etenim 8, 10 aut viginti florenis auri domino vult 6 restituere, non cessabo donec domum aut horreum ipsius per voraginem ignis consumi faciam quibus sic obviabat. Ex quo monachus vel sacerdos veniens dicebat: Est unus homo qui narrabat in specie confessionis, et ego non praesumo ipsum

nominare, ne incidam in regulitatem, quoniam vos tenemini ei in tot et tantis florenis auri, si non dederitis ei minatur vobis damnum inferre per voraginem ignis. Quibus praeceptis talis veniens in praesentiam iudicis et juratorum; ipsa seriatim declaraturus mittuntur cum certi homines vel phisonomia et personae ipsius monachi vel sacerdotis notitia habeatur. Quibus habitis mittunt ad Ecclesias qui explorentur cum quo talis monachus in secreto loco quasi causa oratoris illac transivisset et faciant cum ipso homine partem floreni in moneta sacerdoti praesentatum. Et sic monachus aggrediens illum qui minas imponebat, hoc non ad experientiam deveniebat. Imo postquam talis captivitati traditus, ac tormentis conquisitus, palam comprobatur quia monachus semper mediam partem de talibus pecunijs, quas sic malitiose laxaverat, tulerat; itaque tales per voraginem ignis fuerant sub patibulo combusti. Et quoque similibus et simile facientibus hoc modo debetur obviari.

Ar. 32.

De incendio extorto de domo boni viri ex casu, et damnum inferentibus vicinis.

Item. Si cuiquam hominum bonae famae ac honestae vitae existentem et casu in opinabili domus per voraginem ignis comburi contingerit, (contigerit?) et ignis a tali modo exiens vicinis suis damnum quodcunque tulerit, et protali damno vicinis per voraginem ignis illato, a quo ignis originem incoeperit, judicialiter, quaesitus fuerit et reprehenderit. Domini verum est, qui ignis in domo mea primum exortus extitit, tamen neminem scio me offendisse: et constat viris dominationibus quod nullus mei in contrarium ratione detentionis suae mercedis conquestus fuerit. Nescio autem ex cujus dolo aut per quem eventum evenit: et etiam omnia bona consumpta et de perdita existunt, quae suo modo forte fide oculata conspiciere poteritis, teste Deo, cui constant omnia quia absque scitu et voluntate mea exortum est. Si voluerint eam vicini subportare; tunc ipse se puriter cum uxore sua purgabit solus ipsorum juramentis quod non cum scitu et voluntate eorum ignis talis fuerit succensus.

A. 33.

De mercenarijs facientibus incendia, quibus dominus ipsorum non solvit, mercedem eorum.

Item. Si quis concivis habuerit mercenarios, et iisdem mercedem ipsorum ad soepissimas eorum requisitiones reddere

distulerit, qui cum ad spacium unius, duorum, aut trium annorum, aut ultra servierit, et hoc judici juratisque civibus aut vicinis nota fuerint, qui spe frustrati nequeuntes mediantibus, quibus ipsorum jura persequeretur, et sic in desperationem positi per eos quicquid mali evenerit per voraginem ignis, aut alterius cujuscunque mali perpetratoris, de quibus vicinis aut cometaneis damnum aliquod insurrexerit, talis retentor mercedis tenetur omne damnum vicinis et commetaneis, ex tali causa illarum plenarie persolvere de suis rebus non obstante, si illi perpetratori talis mali captivitate manciparetur, quia tales cum deprehensi fuerint in corporibus ipsorum debita debebunt plecti poena, vel ut sub patibulum ducantur, et ibi per voraginem ignis ipsorum corpora comburantur.

A. 34.

De falsificationibus monetam Regni, et quid sit faciendum ipsis expedientibus.

Item. Si quis hominum extra decretum hujus Regni, vel Regni limites, monetam tam auream quam argenteam falsificaverit, et erga ipsum de moneta aurea floreni vel citra unius effigiei, et de una et eadem lega ac unius effigiei (effigiei?) comperta fuerint, ad valorem unius floreni auri. Talis si hominem per quem sibi datam fuerit ostendere nequiverit, dum modo talis habuerit notitiam monetae justae, tunc talis est jure detinendus ac detentus per poenas inquirendus, quibus peractis compertus fuerit, de socijs suis, et ubi aut quo locorum fuerint, et quis ipsa instrumenta ad ea perficienda praeparaverit, ac quibus detalibus florenis seu moneta falsa ad cambiendum dederint quia ab ipsis scienter acceperint, tamquam consentientes pari poena plectendi sunt. Si haec ipsa praescripta suo modo fuisse comperti fuerint, tunc tales sub patibulo erunt comburendi. combustio talium hoc modo debet fieri: qui primum paretur crinale de corticibus ligni, et monetae falsificatae perforentur, et circum circa ad ipsum crinale ligetur, ac super capitalium falsariorum ponantur, et sic ligati e civitate ducantur et in loco praescripto tali facinoroso crimine congruente, comburantur.

Art. 35.

De furto in sacris rebus facto et poena imponenda ipsa servantibus.

Item. Si qui hominum Sacrilegium perpetraverit, hoc est, si calicem crucem, monstrantias, casulas, cappas, dalmatica, indumenta altarium, libros ad cultum Ecclesiarum pertinentes, aut alia quaevis ad sacrum cultum pertinentia furatus fuerit,

et ipsam rem furatam cuiquam ut hospiti et ad alienandum dedit, quibus sic per tormenta exquisitis et compertis, si detentus fuerit, tunc tam perpetrator sceleris, quam hospes cum ipsorum complicibus debebunt sub patibulum duci, proclamante primum Praecone quicumque talis rei sceleratae perpetrator extiterit, simili sententiae subjacebit, et abducti, igne debebuntur comburi.

Art. 36.

De vetulis incantatricibus facientibus incantationes diabolicas, cum sacramento vel alijs modis.

Iterum. Si quae vetulae corpus Domini ore sumendo retinuerint causa cujuscunque incantationis instigatione daemonum fiendorum, aut si quae imaginum oculos vel crucifixi B. Mariae Virginis, S. Joannis in parietibus aut tabulis depictorum eruerint, et cum talibus incantationibus fecerint, quascunque quoquomodo aut qualiter vel quibuscunque modis excogitatis fuerint, mox ut compertae fuerint tales, debebuntur per gravissima tormenta exquiri, de perpetratis malis, quibus sic compertis duci debebunt, sub patibulum praecone primum proclamante, ut praescriptum est et ibi debentur per voraginem ignis consumi.

Conjunctione cum consanguinea et contra naturam.¹⁾

A. 37.

De haeretica pravitate commissa in parentela aut contra naturam si quis peccaverit.

Item. Si qui fuerint haeretica pravitate infecti, quodque absurdum est declarare, et avertat Deus ne ipsa fieri debeant, tamen diabolica pravitas non aliud agit, nisi omne malum. Ex eo quicumque cum noverca coijverit, frater cum fratris uxore, soror cum fratre, consanguinea cum consanguineo, aut qui fecerit peccatum contra naturam et in his similibus quicumque deprehensi fuerint, de talibus debebunt inquiri quo prohibito et declarato per voraginem ignis debebunt consumi in loco praescripto.

A. 38.

Qualiter sit procedendum contra homicidam fugitivum, per proximos interfecti.

Item. Si quis hominem interfecerit, et fugitivus evaserit, priusquam mortuum ante praetorium portaverint, et per juratos

¹⁾ Ez a sor bizonyosan magyarázatul iratott a következő 37-ik articulus címéhez.

cives in homine mortuo vulnera facta conspecta fuerint, et proximum (proximi?) hominis interfecti super homicidam clamaverint, mortuo sepulto uxor interempti vel proximi sui in proximo termino juridico, praesentibus iudice et juratis civibus dixerit: Domine Iudex et Jurati Cives petimus ut sententia pronuncietur contra homicidam, qui maritum meum vel fratrem meum vel Nevum (nepotem?) interfecit, tunc iudex per preconem in tribus terminis iudicis tali modo facere proclamare in praetorio et ab extra in ostio praetorii, ut omnis populus audiat, prece primum silentium faciat, poste (postea?) clamando dicat: talis homo interfecit talem, ut actores omnes tales ipsorum nominibus nominando dicant ei, ut veniat ad iudicem, responsurus ad ea, quae sibi obijciuntur: ipsis tribus terminis elapsis; si non comparuerit, inscribatur in librum civitatis sub nota homicidii, ut ubicunque locorum reperietur absque strepitu juris erit decolandus, Actori dabunt super homicidam litteras civitatis.

Art. 39.

De viro legitimo legitimam interficiente et e converso.

Iterum. Si quis hominum in legitimo thoro existens alicui viduae aut maritatae seu virgini comixtus fuerit, primum colloquens: ecce habeo unam malam uxorem taedet me vivere, ea utinam esset mortua, ecce promitto tibi data fide, quod modis omnibus procurabo seviendo in mortem ipsius, quae omnibus excogitavi quo modo faciam, et te recipiam in uxorem. Si ipsa maritata fuerit, cui adhaeserit commiscendo, et ipsa dicet: et vir meus vilissimus est, taedet me vitam cum ipso ducere, meam et ego bene procurabo, etiam bonum modum ad ea procurando et proficienda reperiri. Et ille uxorem suam legitimam de lecto deijciendo suo, diris verberibus et vulneribus plagis afficiet, aut aliter quocunque viam pessimam modo excogitatam ipsam interficiet. Eodem modo et ipsa maritum suum legitimum exquisitis artibus diabolicis intoxicando interficiet, aut alio malo exquisito, quae vi civis (cicatricibus?) verberationibus constabunt. Cum etiam talia enormia non valeant diu celari, talis mulier est viva sub patibulo sepelienda. Et talis vir qualiscunque sit aut cujuscunque status praeeminentiae debebit ad caudas equi ligari, et sub patibulo decolari. Si autem vidua aut virgo in mortem talis legitime consenserint, simili sententiae subiacent. Sin autem absque scitu aliarum ipsam uxorem legitimam exosam habens ex praeconcepta malitia, praeconcepto animo ut talem vel talem vellet ducere, in uxorem: ipsam legitimam uxorem interfecerit, solus sententiae primo declaratae subiacet:

proclamato semper primum preconē, et per omnes plateas trahi debebit.

A. 40.

De actore vituperante aut vituperante attractum suum, dum captivus ducetur, per praeconem ad iudicem.

Item. Si quis aliquem ratione vulnere, plagis, et vulneribus, sanguinem (sanguinis?) effusionibus aut verborum vituperosorum detinere fecerit, et detentus privatis suis armis erga manus iudicis, Juratorum aut praeconum captus duceretur et altercando actor detentum verbis vituperosis dehonestando, arma sua eripiendo, Actor in detentam personam servierit, et ipsum usque ad effusionem sanguinis percusserit, ipso facto omnem causam suam amittit pro qua ipsum detinere fecerat. Insuper pro perpetrata malitia solvet birsagium iudici pro violatione treuge, ex quo noluit expectare viam juris, sed temerarie illum erga manus Iudicis existentem invasit potentialiter, iudici solvet 32 marcas.

A. 41.

Quum nemo possit res suas perditas, et penes aliquem inventas sua propria auctoritate auferre, et de facto potentiae.

Item. Si quis civium erga quempiam concivem de rebus suis ab eo alienatis, vel praedictis repererit, easdem nullomodo auctoritate propria, aut temeraria praesumptione ab eodem auferre poterit absque strepitu juris et iudicem vel juratos cives accedendo, easdem vel detineri faciat, declarato, per ipsum, quales ab ipso abalienatae sint, aut fuerint. Si attractum crimine furti accusare voluerit; tunc sit tantum quantum in termino juridico semet tertius suis et suorum testium iuramentis, easdem suas faciat: Si attractus audentiora documenta dare nequiverit; Si autem ipsas res sua propria temeraria praesumptione ab eo receperit, tunc talis ipso facto contra attractum in facto potentiae convincetur. et solvet attracto marcas 32 et iudici pro tempore constituto iterum tantum.

Art. 42.

Quod si familiares vendiderint rem dominorum ipsorum ipsis confisam levi foro, emptor non tenetur ad restitutionem rei emptae.

Item. Si quis civium res suas cujuscunque generis existant per familiarem sui venditoris exposuerit pro precio deliberato et transiens famulus suus, ipsam vel ipsas res per media parte

citra vel circa aut levius vendiderit, easdem nequaquam rehabere valebit. Sed emptor easdem habere per ipso precio quanti emerit debebit. Si non famulo de iisdem confessus, ab eodem famulo suo damnum illud rehabere debebit, solum ut fateatur, qua ipsas res famulo ad vendendum dederit aut commiserit. Si autem per vim ab illo qui emerit, abstulerit, in facto potentiae convincitur.

A. 43.

De mulieribus nutricibus suffocantibus suos lactantes ex casu interveniente.

Item. Si cui civium Deus prolem dederit, et propter debilitatem matris nutricem ad fovendum puerum seu infantem precio conduxerit, et nutrix quibus vis aut qualicumque dormiendo infantem oppresserit, aut de cunabulo cadere fecerit, ut mortuus fuerit, nutrix sententiae capitis subjacebit.

Art. 44.

Quibus casibus carpentarij iudicentur si securis ceciderit ex altis tecturis in offensionem alicui.

Item. Si carpentarius labores domus cujuscunque civis per precio conventionem facta convenerit et in altis tecturis labores faciendo securis ex manu magistri carpentarij exilerit, aut de manubrio exciderit, et in ipso casu aliquem ad mortem percusserit, sententiae capitis subjacebit, aut si vulnus, mutilationes, plagas, sanguinum effusiones fecerit, sententiae soepius declaratae subjacebit. Quia magister talis artis mechanicae circumspicere debet talibus attinentijs, qui suis manibus ad labores perficienti continuo fieri debent. Si autem securim deposuerit ad asseres vel trabes, et medio alio tempore alijs laboribus inhaereret; aut in elevatione trabum, asserum sive lignorum et per casum unius trabis in alterum et his similia, aut per se deorsum in aliquem caderet securis vel ipse personaliter, tales casus sunt inopinabiles. Si talis casus ceciderit, in mortem alicujus, mutilationem, vulnera, livores, effusionem sanguinum, a talibus pronuntiatur liber et solutus ab impetitione omnium.

A. 45.

De projicientibus lapidem ex vesania propria, et non coacte.

Item. Si quis inter murum constitutum non coactus nec sua decessitate compulsus, sed solum ex vesania lapidem ultra murum projecerit, et ex ictu lapidis hominem vel puerum in

mortem percusserit, sententiae capitis subjacebit, si sufficiens testimonium probabitur, vel aliquem tali modo in mutilationem plagarum, vulnerum, vel sanguinum effusionem, per omnia sententijs supra specificatis in talibus causis emergentibus subjacebit.

A. 46.

Quibus modis lapicidae judicentur si lapis de muro ceciderit in offensionem aliquorum.

Item. Si quis muros accesserit, ubi locorum in altitudinem sublevabit nulla necessitate cogente, cum lapides omnino ad vel supra murum poni nequiverit, sed incertis asseribus pro statione locorum aptis locuntur. Quae loca sic in altitudinibus locata, aut communiter multae varietates existunt, si lapides deorsum ceciderint, et mortem cuiquam hominum generaverint, solus portabit peccatum suum, lapicidae pronunciantur liberi, et juri- bus exquisitis et lege.

Art. 47.

De poena sagittantium si proprium ictum sagittae aliquis ex casu inopinato offendetur.

Item. Si quis arcubus vel sagittis incesserit, homines aut pueros a remotis conspexerit, et eos clamore non promouerit, illus procul pausando, et sagittas post aviculas vel feras jecerit, sagitta tacto lapide vel alio loco unde resilierit, si sufficienti probabitur testimonio, sententiae capitis subjacebit, si aliquid mali alterius conditionis evenerit, ex eo vulnerum, plagarum, livorum et aliorum quorumvis, sententiae specificatae subjacebit.

A. 48.

De famelicis furantibus panem in foro, et de eorum poena si in usum converterint.

Item. Si quis civitatem intraverit famelicus labores quae- sierit, et non invenerit, propter Deum rogaverit et nemo ei dederit: si panem unum vel duos subtraxerit aut violenter arripuerit, talis nulli sententiae subjacebit. Si autem in usum converterit, et labore (valószinüleg kimaradt: *parare*) noluerit, sed se cum talibus rapinis conservare voluerit, captivitati man- cipatus et in termino juridico cum baculis est percutiendus, et de civitate licentiandus ad distantiam octo milliarium, et usque ad spatium 20 annorum et unius diei civitatem intrare non praesumat, sub privatione vitae ipsius.

A. 49.

De poena imponenda pueris octo aut 10 annorum subtrahentium parvas res.

Item. Si quis puerorum 8, 10 vel 12 annorum dissolutam vitam agendo, cultillos, aut alias res 24 denariorum valentes subtraxerit, et juri detentus fuerit, et sufficienti testimonio probatum fuerit, aut in ipso furto deprehensus fuerit, ducatur in termino juridico, et ligabitur ad mediastrum civitatis, et Praeco cum virgis, manibus bene colligatis, dabit sub corpore nudo eidem plagas viginti, dicendo: Parentes tui noluerunt te moribus bonis imbuere, jam ego te informabo. Et si de coetero facies, his duriora debebis sustinere. et talia quorum similia ad huc non vidisti.

A. 50.

De poena subtrahentium rem ad valorem dimidij floreni auri.

Item. Si quis furatus fuerit, valorem medij floreni auri, et erga ipsum res, quas furatus fuerit, reperientur nudus ad mediastrum ligabitur, et praeco dabit ipsi plagas cum virgis bene colligatis 50 usque ad effusionem sanguinis in scapulis, dorso, aut et infra, et praeco comminabitur ei, ne de coetero similia faciat.

A. 51.

De subtrahentibus rem ad valorem unius floreni auri.

Item. Si quis adolescens vel homo provectae aetatis furatus fuerit ad valorem unius floreni auri, et erga ipsum repertae fuerint: in termino juridico baculis extra urbem verberabitur, licentiatus e civitate ad distantiam 8 milliarium ad spatium 10 Annorum et unius diei et de coetero civitatem ingredi non audeat, sub poena sententiae sui capitis. Si vero furtum erga ipsum repertum non fuerit, actore ipsam causam furti contra ipsum persequente, attracto vero negante tunc ad proximum terminum Juridicum se purbabit, solo suo juramento. Si jurare noluerit praescriptae sententiae subiacevit. Sin autem juraverit pronunciatum liber et solutus.

A. 52.

De furto facto ad valorem duorum vel trium florenorum auri.

Item si quis furatus fuerit rem quamcunque duorum aut trium florenorum auri valentem, et erga ipsum compertum fuerit, aut de manibus jecerit, aut alicui ad observandum dederit, ipsam rem furatam suam esse retulerit, et hoc per experientiam

habebitur, de jure privari debebit uno aureo in termino juridico. Si autem Actore causam furti attractum persequente nullo comperto evidenti documento. Attractus se in termino juridico proximo purgabit solo suo juramento. Si juramentum fefellerit eo tunc sententiae subjacebit.

Art. 53.

De furante rem ad valorem 4-tuor florenorum auri.

Item si quis fuerit furatus res 4-tuor florenorum auri valentes erga eum vel in hospitio compertum fuerit, talis debet in termino juridico suspendi patibulo. Si autem negaverit, et aspectus nequam fuerit, aut fama talis de eo sonuerit, talis erit tormentis inquirendis. Si tormento examinatus furti perpetrator non apparuerit, talis sine ullo juramento erit dimittendus. Si autem tormentis non fuerit exquisitus, et contra attractum fuerit crimen furti persecutum; tunc attractus dum modo negative repperit, in proximo termino Juridico juri praesentabit semet septimus seque purgabit suis et suorum testium juramentis. Si autem ipse vel quispiam ipsorum testium jurare nequiverit aut fefellerit: tunc attractus de patibulo erit suspendendus.

A. 54.

De aperientibus seras cum falsis clavibus et eorum inquisitione.

Item. Si quis seras aperuerit, vel clam domos intrando res de eadem (sic!) subtraxerit, fama ipsius mala prius vigente talis mox per durissima tormenta erit inquirendus, de eo qualiter aperuerit, quo modo intraverit, cum quibus ibi fuerit, quot socios habuerit, qui illi sint, ubi morentur, quoties aut quibus damna intulerint, quo ipsas res furatas fecerint, quis ipsorum hospes fuerit, et tales non solum semel debent tormentis inquire sed trinies, vel tribus terminis juridicis, quia dolor major ex ipsis oritur, posteaque omnia fatebitur, ordine singula per notarium scribi debebunt. Et si talis sceleratus: nequam causa odij vel ranchoris aut alicujus opprobrij super aliquem honestum virum, qui si a gradibus juventutis honestam vitam duxerit, et fama laudis de eo fuerit, fassio scelerati contra talem virum nullius reputabitur esse vigoris. Quibus sic experto modo compertis, patibulo erit suspendendus.

A. 55.

Quod si furantes animalia civitatem intraverint, unus quisque possit eos cum animalibus furatis detinere.

Item si quis bonos equos equentios vel domitos furatus fuerit, eosdem ad civitatem depellendo aut ducendo, ipsos in leve fore exhibere solet, ut eo citius pecuniae suae bursae includi impleri possit. Talia animalia mox per judicem et juratos imo per totam communitatem si quis ipsorum viderit vel audierit tenetur ipsa animalia pariter cum illo fure juri detinere, non obstante, qui non habeantur personae cujus res sint furtim ablatae, ipsae res pariter cum fure judici est praesentandus, et per tormenta examinandus, super eo, de qua villa furatus fuerit, et cujus fuerint, et quibus talia furticinia dederit, quod et hospites habuerit, quoties talia mala fecerit, quibus proquisitis vendiderit, quibus sic habitis fur debet, cum ipsis rebus furatis 14 dies in captivitate detineri. Quibus exspiratis fur debet de patibulo suspendi, actore non comparante. Si autem actor advenerit perquirendus est de colore animalium, de aetate eorundem de tempore quando perdiderit, de loco ubi perdiderit, cujus fuerint, cum quibus ipsas res suas fore probare poterit. Quibus sic habitis furem suspendet expensas solvet et sic animalia sua rehabere de jure poterit.

A. 56.

De jure mediante quis possit rehabere animalia ab eo furata si emptorem invenerit animalium.

Item si quis civium res furatas ut sunt animalia qui 10 florenos auri valerent per 4 vel 5 florenos emerit aut quae 20 florenos valerent per 4 vel 5 florenos emerit: Si fur cum ipsa pecunia abierit et ille cujus animalia ipsa seu res fuerint, et qualitatem animalium aut rerum qualia fuerint suo modo declaraverit, et super eo justitiam sibi impertiri postulaverit tunc in proximo juridico termino actor vel cujus animalia ipsa seu res profuerint, se juri semet tertius praesentabit, et cum suo et testium suorum juramento juraverit super eo, quod ipse non pecunia vendiderit, nec aliquibus adservandum dederit, aut accommodarit, vel famulo aut filio aut amicis suis non dederit, sed ab eo absque scitu et voluntate sua furtim ablatae sint, et fuerint, si sic jurare poterit, et non fefellerint, ipsas res obtinebit. Expensae factae pro nihilo reputabunt.

A. 57.

Quod carnifices ne mactent animalia furata in certis temporibus, quod si fecerint, et in levi foro emerint habetur pro dolo.

Item si quis carnificum animalia furata emerit, et nocturno tempore lucente luna, aut candelis incensis, mactando excoriarit: Talis carnifex postquam haec comprobabuntur cum suis vicinis jure mediantibus debet suspendi patibulo. Etsi aliquis carnificum aliquod animal furtim ablatum emerit, 3 florenos auri valentem 1 floreno comparaverit, et si hoc ipsum superius praestans in usum duxerit, talis carnifex pro hospite furis reputabitur, facto eo et altius suspendatur quam fur.

A. 58.

Quod noctivagi detenti per tormenta examinentur, et qui morte moriantur.

Item. Si noctivagi deprehensi fuerint, et si qui in diurnis temporibus dormiunt, et nocturnis divaguntur, qui quoscunque forenses aut advenas repererint, illos vel illum statim suffocando ex abrupto interficiunt, cum omnibus rebus suis spoliantur corpus post modum in puteum veterem, aut fossatum antiquum, vel indesertis cellarijs, seu domibus desolatis sepeliunt, imo ad danubium trahentes, mortuo corpori molam collo ligantes, sic demergunt, et tales non solitarij incedunt, sed semper cum comitiva sociorum, ad tales judex, et jurati cives diligenter debent adhibere scrutinium et pervigilare. Quia per tales maximum consuevit oriri periculum: quosdam et sopori somni deditos domum clam intransibus inlectis eorum suffocando interficiunt. Qui cum detineri poterint in continenti, durissimis tormentis sunt inquirendi, de, et super omnibus quae qualia et quanta, cum quibus, ubi locorum, quando quo modo ipsa mala scelera perpetrarunt. Postquam singula suo modo fatebitur, erunt per notarium civitatis annotanda. Posthac talis vel tales scelerati ac nefandi homines debentur ad caudas equi ligari, et per omnes plateas trahi, ac in singulis plateis per praetorem debet proclamari: Quod quicumque nefandi homines similia mala fecerint, simili poenae subjacebunt. Postea trahantur sub patibulum, et ibi crura talium frangantur, cum rotis quibus fractis ponantur ad rotas.

A. 59.

De falsis procuratoribus se in causis ambarum partium intro-
mittentibus ac de eorum poena ipsis imponenda.

Item. Si quis procurator se intromittet in causas ambarum partium conventionem factam propriam causam iusti opprimit, et causam partis sinistrae in oppressionem iusti iudicij nunc huic, nunc illic dolositer adulando. Tales enim Judae traditori merito assimilare poterimus, talis si in tali crimine repertus fuerit, duci debet ad mediastrum civitatis et ad ipsum fortiter ligabitur, adportatoque sigillo cum quo pintas et justas ac alia vasa rempublicam concernentia signare consueverint, et illud signum cum carbonibus igneis ignitum redetur, et sic in utrasque maxillas ipsius sinistrae ac falsi procuratoris comburetur, ut alijs similia facientibus in exemplum cedi videatur.

A. 60.

Qua poena puniantur furantes fructiferas juveniles arbores.

Item. Si quis juveniles arbores fructum optimorum de vineis seu hortis aliorum, lucente luna, aut quibus vis alijs temporibus radicitus evolvendo subtraxerit, sibi in suo horto plantaverit, aut alijs pro pecunia vendiderit, talis si compertus fuerit, captivitati debet mancipari. Si erga ipsum solum unum palmitem hujusce modi arboris repperint, aut si testimonium vicinorum vel aliorum proborum virorum fide dignorum probare valuerit. Imo si solum unum palmitem repperint, talis debet duci ad mediastrum civitatis, ponaturque manus talis criminantis ad unum truncum, et amputetur ei, ne de coetero similia facere audeat.

A. 61.

De poena inferenda danti aliquid ad servandum, deinde ipsam rem cautelose et furtive recipiendo exportaverit.

Item. Si quis hominum concivi alicui res suas in sua ladula existente ad servandum dederit, ita quod videantur ipsae res quales quantae sint, quibus conspectis, si praesentator ipsarum rerum clavem ladulae suae apud se detinuerit, et in absentia hospitis ipsam ladulam exrogaverit malo fretus spiritu, ex ipsa easdem res clam exceperit, et in locum ipsarum rerum res graves, quae nullius essent valoris, ut plumbum, lapides, ferrum, et his similia, reposueritque in domum hospitis, hospite vel hospita superveniente, pensando, qui a modo sinistro processerit cum ipsis: mox si juratum civem accesserit, et ipsam ladulam cum

sigillo jurati civis sigillare fecerit. Negotium ipso jurato declarante, postremo si res sic se habuerit, et ita inventum fuerit, ille qui ladulam causa conservationis dederat, captivitati est mancipandus, si fatebitur sic processisse, audiatur, si autem non, tormentis examinetur ut fateatur. Quibus sic compertis ligatus extra civitatem usque ad patibulum ducatur, et ibi sub patibulo ignis voragine comburatur, ne de coetero aliqui similia facere audeant, vel praesumant.

A. 62.

De poena vituperantis aut verberantis mulierem, aut livoris vel sanguinis effusionem facientibus ac de mulieribus se mutuo verberantibus.

Item. Si quis foemineum sexum verbis vituperosis, verberibus plagis, sanguinum effusionibus vulneribus, mutilationibus affecerit, si per masculineum sexum fuerit factum, quod probatum fuerit testimonio sufficienti, tunc semper solvet poenam cum dupla parte laesae, et iudici pro tempore constituto: si autem probare nequiverit, et ipsas laesiones juratis civibus ostenderit, tunc in primo termino juridico pro verbis vituperosis solo suo juramento et in 2-do termino similiter solo suo juramento, semper purgabit suis juramentis. Si per plagis, livore et sanguinum effusione, tunc pro una illarum se purgabit in duobus terminis juridicis semper semet tertius. Si pro vulneribus similiter in duobus terminis sicut prius est declaratum. De verbis duplicabitur de sexu foemineo. Si autem mulier contra mulierem, tunc servatur modus tanquam excessus vici contra virum. Si autem mulierem quis interfecerit, tunc juramentis suis et suorum testium se purgabit, sicut contra virum. Quia cum homicidium probare voluerit, collum pro collo, et animam pro anima, nam est non anima alia, vel duplex quam viro.

A. 63.

Quod in homicidio per plures perpetrato, non tamen omnes sunt pro summo homicida retinendi, sed unus illorum tantum.

Item si quando homines plures, in una societate existentes homicidium perpetraverint, et ipsos juri detinendo captivitati manciparint laesi vel illi qui ipsos detinere facerint, non potuerunt propter unum solum pro summo homicida inculpare, si probabitur testimonio sufficienti incurreret in sententiam sui capitis, aut si negaverit, se purgaverit, modo superius declarato. 2-dum poterit inculpare proximum homicidam. Si contra talem probabitur testimonio sufficienti, solvet medium homagium vel decem

et sex marcas. Si non probabitur, tunc se purgabit juri putando semet 48 in suae innocentiae puritatem, et jurabit semet vigesimus quintus, se purgabit suis et suorum testium juramentis. 3-tium poterit inculpare auxiliatorem specialem, et ille se purgabit, si non fuerit contra ipsum probatum testimonium sufficiens semet tertius cum suis et suorum testium juramentis. Coetera vero poterit solum compli(c)es ipsius homicidij perpetrati fore, ut pro eo inculpare, et si valuerit contra ipsos testimonio sufficienti probare. Tunc quilibet illorum se purgabit solo suo juramento. Dum vero ille tertius non jurabit solvet parti laesae unam marcam, et judici iterum tantundem. Coeteri vero si jurare noluerint aut non valuerint, solvet quilibet eorum 1 florenum auri, hoc est unum fertonem, et judici pro tempore constituto similiter tantum.

A. 64.

De juramento imponendo illis, qui suspitione inculpantur pro causis criminalibus.

Item si quis hominum pro quibuscunque casibus aliquem suspitione inculparet sive furto, sive furti aut cujuscunque rei criminalis in quibus quempiam suspectum haberet, et pro ipsa suspitione ipsum juri detinere faceret: si attractus negative responderit, si semper talis in proximo termino juridico sequenti se secundo purgabit juramento suo.

A. 65.

Si fugientes e captivitate pronunciantur culpabiles eo facto.

Item. Si quis hominum aliquem detinere pro verbis illicitis seu vituperosis, livoribus, plagis, sanguinum effusionibus, vulneribus, mutilationibus, et alijs quibus causis criminalibus fecerit, et si de captivitate evaserit, qualiterque, cum primum detentus fuerit, talis ipso facto, quia exierit clam per se, vel per auxilium quorumcunque mox se culpabilem reddidit, et non indigetur aliud de coetero, nisi ut juxta commissi qualitatem, poena debita plectatur, in corpore, aut solvat birsagia juxta delicti qualitatem.

A. 66.

De judice qui homicidam voluntarie emisit.

Item. Si judex voluntarie homicidam emisit, ex tunc homagium deponere tenebitur adversae parti. Et judex de suo officio deponetur, et loco ejusdem alter eligatur.

A. 67.

Quomodo electio iudicis et juratorum sit a Regia Majestate concessa.

Item. Tribunal judicialium, licet iudex et jurati eligantur per communitatem, tamen ista libera electio est ipsis gratiose data per Regiam Majestatem.

A. 68.

Quod iudex et jurati faciunt iudicium in persona Regiae Majestatis.

Item. iudex et jurati cives habent facere Iudicium ex gratia collocata, per privilegiales libertates in persona domini Regis propria.

A. 69.

De poena imponendo excedenti contra iudicem vel furatos verbo tantum.

Item quicumque hominum excesserit contra Iudicem vel juratos cives urbis, debet lingua privari, vel decem marcas tam personae laesae, quam iudici deponere.

Art. 70.

De poena excedentis contra iudicem vel furatos de facto exiguitatis.

1502. april 2. | Anno Cristiano 1502. sabbato ante conductum Pasce in capitolio huius regie libereque civitatis per medium venerabilium virorum domini Valentini de Waralia domini Gasparis de Cromptach et domini Michaelis de Saros plebanis, necnon per interposicionem iudicis iuratorumque civium huius civitatis Epperies amicabilis compositio facta est inter honorabilem ac discretum Thomam presbiterum de Paczka Wratislaviensis dyocesis ex una et providum Andream sartorem partibus ex altera, ex eo quod idem Andreas sartor et honesta condam domina Anna conthoralis sua, eundem Thomam presbiterum *in filium adoptivum coram duobus notariis publicis irrevocabiliter suscepissent ac in heredem legitimum instituissent*, racione cuius adopcionis postquam dicta condam domina Anna humanis exuta fuisset, annotatus Thomas presbiter memoratum Andream

sartorem patrem scilicet suum adoptivum pro bonis hereditariis ad ipsum per talem adopcionem devolutis impetere conabatur et iam de facto ad Sedem Strigoniensem citacione traxerat. Racione quorum bonorum concordia per dictos venerabiles viros et per nos interveniente, prefatus Andreas sartor volens cum hac consorte sua Helena et Johanne filio aliisque amicis et consanguineis suis animum quietum habere, coram nobis iudice et iuratis civibus manibus eiusdem Thome presbiteri, pretextu omnium bonorum mobilium et immobilium quibuscunque censentur nominibus, que cum dicta condama domina Anna elaborasset, florenos auri centum et in pecuniis minutis similiter florenos centum realiter et cum effectu, similiter duo coclearia argentea assignavit, promisitque idem Thomas presbiter *ac iuramento* mediante coram prefatis viris fidedignis similiter coram nobis profitente, dictum Andream sartorem neque spirituali neque seculari iure vel ex cura illa quoquomodo in vita, vel post, neque eciam presentem conthoralem suam Helenam aut heredes suos vel amicos quoscunque pretextu aliquorum bonorum eciam minutissimorum impedire aut exposcere velle, sed eundem Andream sartorem cum honesta domina Helena consorte sua filiisque et heredibus heredumque suorum successoribus et amicis coram prenotatis venerabilibus viris et coram nobis quittum et liberum cum omnibus bonis suis pronunciavit, ac cum eisdem bonis libere disponendi quorsum vellet plenam ac liberam habere debeat facultatem atque possit, et quemadmodum dictus Thomas presbiter prefatum Andream sartorem cum consorte sua Helena ac heredibus et amicis suis in vita et post quittum atque liberum pronuncciat, sic eciam idem Andreas sartor cum heredibus et amicis suis quibuscunque sepefatum Thomam presbiterum cum bonis suis disponendi utcunque voluerit liberum pronuncciat, ita tamen, quod una pars aliam honorare et non verbis denigrare aut quovismodo molestare debet, quemadmodum retroactis temporibus inter sese fecissent. Quibus sic habitis partes premissae de huiusmodi amicabili compositione contente, eandem in hunc librum civitatis nostre concordie voce inseri exposcebant pro rato ac irrevocabiliter servando, vigore et testimonio mediante. (102—103. lap.)

Georgius Czurman Albertus Pictor.

1502. ápril 5. Anno prenotato, feria tertia post Quasimodo geniti providus Georgius Czurman de Cassovia coram nobis fassus extitit in hunc modum, quomodo prudens ac circumspectus Albertus Pictor coniuratus frater noster de domo ab ipso empta in vicinatatibus domorum condama providi Johannis

Goenth a meridionali et Stephani Coch a septentrionali plagis habitam et situatam sibi omnimodam satisfaccionem et solutionem pretextu eiusdem domus fecisset, qua de re dictum Albertum pictorem coram nobis quittum et liberum pronuncciat. (103. l.)

Andreas Sartor et dominus Baltasar.

1502. október 7. Anno 1502. feria sexta post Ffrancisci confessoris in presencia nostri veniens providus Andreas sartor sponte ac libere fassus est, quomodo venerabilis vir dominus Baltasar rector ecclesie hospitalensis gloriosissime Marie virginis in hac civitate fundate alias filius suus legitimus primum paternum attendisset amorem, demum eciam senium ad quod devenisset, sibi certis retroactis annis in presenciarum usque florenos XXXII mutuo dedisset, quos primum de domo solutos recipere habebit, demptis paternis et maternis bonis ad ipsum dominum Baltazar filium suum iure naturali ac hereditarie devolvendis, de quibus nondum aliquid recepisset, quam quidem fassionem memoratus dominus Baltazar presens existens nos humillime omnique opera expeciit, ut in hanc matricam civitatis nostre sibi pro uberiora tutela et cautela inscribere dignaremur. (103—104. lap.)

Sophia Gilg Ffleyscherin et Sophia Thurolten.

1503. aug. 18. Anno 1503 feria sexta post Assumpcionis Marie prudentes ac circumspecti viri Petrus Ffleyscher et Petrus Melczer nostram adeuntes presenciam iuris ordine fassi sunt concorditer, quomodo providus Egidius Ffleyscher certis retroactis annis dummodo ad curiam Romanam devocionis causa iter arripere pretendisset, ignorans tamen an ex permissione divina, (ex quo mors omni prona esset etati) iterum domum reverteretur, tale coram ipsis edidisset testamentum finale, legassetque pro paternis et maternis bonis honeste domine Sophie filie sue, conthorali scilicet Johannis Thurolt florenos XXX, in quo testamento dicta domina Sophia pro omnibus paternis et maternis bonis quocunque nomine vocitatis contenta fuisset, quo Egidio deinde post certos annos mortuo, uxor sua Sophia noverca scilicet prefate domine Sophie coram nobis eidem domine Sophie deposuit denarios III^c, priusvero adhuc ipso Egidio vivente prefate Sophie filie sue soluti sunt flor. XI, restant adhuc flor. XVI, quos sepedicta domina Sophia Johannis Thurolt de domo Andree organiste levare atque percipere habebit, quos annotatus Andreas eidem solveretur. (105. lap.)

Causa Mathe Biro de Saros.

(1503.) Anno prescripto quedam mulier Margaretha nomine, conthoralis quondam Bartholomei Sowary de Saros, dixit, honestam dominam Elizabeth, conthoralem scilicet providi Mathe Biro de eodem Saros fore incantatricem et recepisse hastulas de patibulo ad talia opera nephanda. Que verba postquam eadem Margaretha in prefato oppido Saros ad iudicium tracta fuisset, cum quadam muliere vaga, que ei talia manifestasset et per nurum suam, quam in pane suo fovebat, se probaturam allegavit. Dicta tamen domina Elizabeth actrix causam eandem ad prenotatas duas mulieres propter causas premissas non remisit, quamobrem iudex et iurati dicti oppidi Saros inter se memorata domina Elizabeth actrix iuramentis tredecim expurgaret decreverunt. Que causa postquam deinde per prenotatam dominam Elizabeth et maritum suum ad nostrum iudicium appellata fuisset, agnovimus non fore conveniens, neque iuri consonum esse, ut se iuramentis tredecim expurgaret, sed satis fuisset in uno, si pro eadem re opus fuisset iurare, ex quo autem testis una mulieris in causam attracte persona vaga et delatrix cause eiusdem fuerit, alia vero amica et nurus, testimonium prebere non voluerunt, sepefatam dominam Elizabeth actricem ab illis tredecim iuramentis liberam pronuncciamus, tantum in expensis cause, prefatam Margaretham in causam attractam, dicte domine Elizabeth solvendis, condemnavimus, promisitque eadem Margaretha et se coram nobis innodavit, se predictorum verborum unacum filio suo unquam velle memorari, neque dicte domine Elizabeth, aut marito suo vel heredibus ipsorum, quoad vixerint obicere velle, si autem hec ausu temerario cum pretacto filio suo quoquomodo fecerit, extunc causa eadem per prenotatam dominam Elizabeth et maritum suum iterum innovari debeat, atque possit, quam per medium bonorum hominum non fuisset sedata. (105. lap.)

Alia causa eiusdem Mathe Biro.

(1501.) Anno 1501. providus Mathe Biro de Saros in nostri presenciam producens quandam mulierem Helenam, qui antea famula sua extitit, coram nobis iuris ordine quesita, fassa est in hunc modum, quomodo ipsam iudex et iurati dicti oppidi Saros, propterea quod impregnata fuisset, carceri mancipatam habuissent et quod quidam de iuratis unus memorati oppidi Saros, Mathias Saraka dictus, ei varias minas in carcere imposuisset, eciam adustionem cum candelis, si non fatebitur illam impregnacionem per annotatum Mathe Biro protunc dominum

suam factam fuisse, deinde super eundem Mathe Biro terrore nimio perculsa fassa extitisset, cum tamen in eadem impregnatione penitus nullam culpam habuisset, sed quidam famulus prefati Mathe Biro, Thomas nomine ipsam veridice et nullus alter impregnasset. Quam quidem fassionem sepefatus Mathe Biro in hunc librum civitatis nostre humillime inseri expecit sibi et suis heredibus pro uberiori tutela et cautelis. (105—106. l.)

Causa Cerdonum.

1504. (helyesebben
1503.) decz. 29.

Anno Millesimo quingentesimo quarto feria sexta post Innocentum, coram nobis Stephano sartore iudice, necnon Thoma Plawniczer, Benedicto Ffleyscher, Johanne Brengiszeyn, Cristanno Baccaurio stadtschreiber, Gaspar Schmid, Petro Moler, Alberto Goder, GasparMelczer, Georgio Cromer Paulo Kirschner, Stephano gewant scherer et Bartholomeo Czausz iuratis civibus, venientes providi viri magistri Czehe alias fraternitatis cerdonum huius civitatis, humillimis instabant precibus, quatenus, ipsos in eorum iuribus et literis (quas ipsis pretexto institutionis dicte fraternitatis et Czehe ipsorum concordii voluntate et consilio centumvirorum, sub *mayori nostre civitatis sigillo* dedissemus et concessissemus) perpetuo et irrevocabiliter tenere dignaremur. Nos itaque humillimis precibus annotatorum magistrorum artis cerdonie inclinati, ipsos in prescriptis eorum iuribus et literis cum singulis earum clausulis et articulis (quas eisdem habito prius superinde cum senioribus alias centum viris huius regie civitatis per multa tempora consilio prematuro), dedimus et concessimus inviolabiliter tenere et conservare, suscepimus atque polliciti sumus, communi iusticia hoc ipsum exigente. (106. oldal).

Testamentum Michaelis Bencza.

1504. február 13.

Anno Cristiano 1504. feria tertia ante Valentini, honeste mulieres Gerdrudis scilicet in hospitali moram habens et Elizabeth relicta quondam providi Benedicti Vago in persona pueri Ambrosii filii sui, nostram accedens presenciam concorditer et sub uno contextu fassae sunt, quomodo testamentum providi quondam Michaelis Bencza consanguinei ipsarum, quod coram prudentibus et circumspiculis viris Gaspar fabro et Cristanno baccaureo notario iuratis civibus bona edidisset ratione, etiam in presencia ipsarum, pro rato atque firmo successivis semper temporibus habere velint, quam quidem fassionem honesta domina Helena relicta iamfati quondam Michael Bencza, humillime omnique opera inseri expecit ei pro uberiori tutela et cautelis. (106. lap.)

Causa Berenhardi Kwnisch et Nicolai Banck de Cracovia.

1503. szept. 24. | Anno prenotato feria 3 post Mathei apostoli et ewangeliste providus Berenhardus Kwnisch nobis per modum protestacionis exponere curavit, quomodo cuidam Nicolao Banck de Cracovia VIII vasa vinorum pro florenis LII vendidisset et solucionem ab eodem multis retroactis diebus nancisci valeret minime, cum tamen pollicitus fuisset, quod ei Lewtschouie prefata debita, cum solutione tricesime, soluere velit, quod deinde facere non curavit, quapropter ipsum Cracoviam versus pro debitis illis iter arripere opportuisset, ubi deinde dictus Nicolaus Banck quattuor stamina panni, II¹/₂ flaventis, unum medium coloris nigri et unum rubeum in annotatis debitis pro pignore dedisset, ita tamen, ut illa stamina ad festa Pascalia anni prescripti usque ad adventum suum teneret, asserens eadem stamina panni fore Mechlisensia, que si prefato Berenhardo non placuerint, quod ei ad dictum festum Pasce dum intraverit, alia pro illis permutare et dare velit, quod tamen hactenus facere non curasset neque huc ad prefatum terminum venisset, consilium a nobis in hiis exposcendo. Nos vero memoratum Berenhardum Kwnisch, dictum pannum ne tanto tempore per tineas vel alio quovis modo anihilaretur, vendicioni exponere fecimus. Deinde iamfato Berenhardo visum extitit, quod illa quattuor stamina panni, que ei assignasset, non essent Mechlisia, et quod ipsum necessario II¹/₂ ulnam pro fl. I vendere oportet, prece humillima (1503.) május 24. | feria VI^{ta} ante pentecosten a nobis expeciit, ut eundem pannum certos iuratos e medio nostri conspiciere mitteremus. Direximus itaque ad conspiciendum predictum pannum prudentes ac circumspectos Stephanum sartorem, Gaspar Melczer coniuratos fratres nostros et providum virum Stephanum panirasorem concivem nostrum. Qui deinde ad nos redeuntes concorditer et sub uno contextu prout iuris ordo requirit fassi sunt, prefata quattuor stamina panni nullomodo esse mechlisia, sed cuiusdam alterius generis. Quam causam annotatus Berenhardus in hunc librum civitatis nostre inseri expeciit sibi et suis heredibus pro uberiore defensione et cautelis. (107. lap.)

Appellacio de Saros huc facta.

1504. szept. 14. | Anno 1504. ipso die exaltacionis Sancte Crucis providus Mathias Merten concivis oppidi Saros, licet eger corpore, bona tamen ratione compos, testamentum edidit coram honorabilibus viris Michaele plebano dicti oppidi ac Stephano plebano de Bertholt, necnon coram domino Valentino cappellano. Item coram circumspectis Blasio Colbas iurato cive ac coram Anthonio

literato et Johanne Bonos de Saros per hunc modum: Quod omnia bona tam mobilia, quam immobilia, directam et equalem medietatem possidere debet conthoralis sua Barbara, alteram vero partem filius suus adoptivus Joannes Colbas, dictus cum uxore sua Clara, demptis certis aliis legatis dicte conthorali sue, que in testamento specialiter continetur. Istud igitur testamentum certi consanguinei testatoris videlicet Matheus Saraka, Thomas Saraka et Katherina Saraka non tempore vite sue, sed post mortem revocare conabantur, ratione quorum bonorum relictam dicti quondam Martini Merten ad ius prefati oppidi Saros vitacione traxerant. Iudex vero et iurati cives iam nominati oppidi Saros prefatum testamentum in vigore mittere curarunt. Deinde dicti consanguinei testatoris causam ipsam ad ius nostrum appellarunt. Nos itaque feria 4^{ta} proxima post Elizabet pro tribunali sedentes, solum Deum et iusticiam pre oculis habentes, agnovimus, annotatum Joannem Colbas (ex quo testator ipsum in heredem et in filium adoptivum suscepisset) ad eadem bona fore propinquiorem dictis consanguineis, eciam ex eo, quia nominatus Joannes Colbas ipsum testatorem uti patrem suum cum consorte alias matre sua per multa tempora laboribus suis nutritisset et bona illa ampliasset, potissimum ex eo, quia unus ex illis amicus presens fuit et testamento consensit, ceteri vero amici ipsum testatorem (dum adhuc decem diebus post testamentum vixisset et post eos direxisset) adire noluerunt, sed tacuerunt. Preterea quia prefatus quondam Mathias Merten nulla bona consecutus est, a parentibus prefatorum consanguineorum suorum, sed domum et alia bona aput dictam consortem suam Barbaram reperit etc. Quibus rationibus et causis premissis et nos prefatum testamentum in vigore permisimus, in qua nostra sententia sepefati amici per nos ter quesiti et interrogati an contentarentur. Qui tandem concordi voce responderunt, se peroptime contentos fore et huic sentencie nostre in nullo velle contraire. (107—108. lap.)

Causa notariisse et Katherine Assaloschney.

1505. nov. 26. | Anno 1505. feria quarta post Katherine virginis et martiris, postquam circumspectus Cristannus Baccalaureus notarius necnon coniuratus frater noster quandam mulierem Katherinam Assaloschney propter iniurias uxori sue verbis minusiuste illatas coram nobis *iuris strepitu impugnasset*, presenciam nostri accesserunt honesti et providi viri Petrus Fleyscher, Petrus Melczer, Petrus Moler, Nicolaus sutor et Stephanus pannirasor aliique quamplures honesti et providi viri, humillimis sepenumero insteterunt precibus, quatenus dictus Cristannus

baccalaureus coniuratus frater noster pure propter Deum indulgeret et parceret prefate Katherine Assaloschney omnes excessus et iniurias, in eo, quod uxorem suam Katherinam filiam scilicet Agnetis Michel Langen de Bartpha in quadam incantacione et furticinio quinque palorum minusiuste et mendose inculpasset, talia per dictos intercessores ipsius coram nobis revocando, propter quorum petita, tandem eciam propter nostras preces dictus Cristannus baccalaureus eidem Katherine Assaloschney huiuscemodi iniurias prefate uxori sue verbis minusiuste (ut prefertur) illatas omnimode indulsit et pepercit, hac tamen conditione interiecta: Quod, si successu temporum memorata Katherina Assaloschney se de hac indulsione frivole iacticaretur vel quicquam novi in denigracionem fame bone prefate uxori sue verbis quibuscunque attentare conaretur, extunc indulsio cause prefate nullum debet habere vigorem. Immo dictus Cristannus baccalaureus causam eandem omni iuris strepitu innovare poterit atque valebit, quia de dicta uxore sua nullum malum probabile scimus, nisi omne, quod est honestum. (108—109. lap.)

Causa Stephani sartoris et Cristine Czemmermanen.

1506. május 16. Anno prenotato (1506) feria tertia infra octavas sacratissimi Corporis Cristi, providus Georgius sutor nostram accedens presenciam, iuris ordine per nos quesitus, fassus est: Quomodo honesta domina Cristina relicta providi quondam Michaelis Czemmerman, Stephano sartori pronunc concivi Caschoviensi pretextu medie partis domus sue, quam inhabitat omnimodam satisfaccionem impendisset et ecclesie huic parochiali ex eadem pecunia iuxta testamentariam disposicionem florenos III ad fabricam ecclesie eiusdem solviset, racione cuius solucionis totalis ipsam coram eo omnimode liberam pronunciasset. Alia vero directa et equalis media pars domus eiusdem ad eandem dominam Cristinam hereditarie spectat. (109. lap.)

Causa Anthonii lutifiguli.

1507. jan. 22 vagy szept. 10. Anno 1507. feria sexta post Marcelli. Quamvis quidam Anthonius toepper, propter adulterium capite plecti debuisset *eciam tortore iam presente*. Nihilominus tamen per intercessionem venerabilis capituli ecclesie Scepusiensis, necnon per intercessionem universitatis nobilium comitatus de Saros eidem Anthonio per iudicem et iuratos cives huius civitatis gracia facta est, vitam sibi prolongando. Racione cuius se sub literis venerabilis capituli ecclesie Scepusiensis, necnon sub literis universitatis nobilium comitatus de Saros

strictissime obligavit, quod sub amissione capitis sui secundum sententiam latam illud neque per se, vel per heredes suos, neque per alios coniunctos suos vellet meminisci aut ulcisci, pro quo fideiussores facti sunt honesti et providi Johannes Brengiszeyn, Stenczel Mock, Thoenis Czwelcher, Paul Mock panczermacher, Barani Lloerincz, Hannes Ffirensin, Hannes Colin, Hannes Kirschner, Piter Gerber, Urban Toepper, Steffan Toepper, Neckel Han, Neckel Kkoeler, qui concorditer donec vixerint susceperunt et polliciti sunt, quod si ausu temerario dictus Anthonius quicquam ulciscendi causa incipere velit, quod ipsorum propriis laboribus et expensis iudicem et iuratos necnon totam civitatem defensatos habere velint. (110. lap.)

Causa Thobie de Cassovia et Martini Czoewff.

1509. január 16. Anno Domini millesimo quingentesimo nono, feria tertia ante Anthonii providus Martinus Czoewff nostram accedens presenciam fassus est per hunc modum: Quomodo provido Thobie de Cassovia flor. XVI obligaretur, quos quidem florenos XVI propter nimiam egestatem suam eidem minime solvere haberet, sed persolutis prius aliis debitis suis, antea super ipsius domo per nonnullos alios creditores iuridice prohibitis, tandem eciam dictus Thobias de Cassovia solucionem predictorum florenorum XVI de eadem domo sua, post ipsius tamen mortem recipere debet, in quo prefatus Thobias peroptime contentus fuit. (112. lap.)

Causa Michaelis Froemmel et Johannis Reysz.

1509. Anno Cristiano 1509. providus Johannes Reysz iuris tramite partem hereditariam quondam fratris sui carnalis Augustini pie defuncti, a provido Michaele Ffremmel patre scilicet suo vitrico expeciit, iamfatus vero Michael in causam attractus ex adverso respondit, quomodo ipsum idem Johannes Reysz filius suus prevignus tempore eodem dum scilicet sibi coram quibusdam honestis viris omnimodam ac finalem solucionem pretextu partis hereditarie quondam parentis sui impendisset coram eisdem ipsum omnibus modis liberum pronuncciasset, quo tempore nec unico verbo dicti fratris sui memor fuisset, qui deinde die et termino ipsis prefixo coram nobis per annotatum Michaelem in causam attractum producti, per nos ob id iuris ordine examinati fassi sunt concorditer, eo modo, quod postquam prefatus Michael in causam attractus dicto Johanni Reysz actori ultimam pecuniam pretextu partis hereditarie quondam patris sui coram ipsis deposuisset, protunc nullam mencionem pretextu fratris sui fecisset, sed eundem Michaelem in causam

attractum coram ipsis liberum pronuncciasset, quod ipsum tota vita sua pro nullis quidam bonis de cetero inquietare velit, ratione cuius quidem fassionis, nos iudex iuratique cives eundem Michaelem in causam attractum per nostram latam sentenciam ab eodem actore liberum pronuncciavimus, ex eo quod seipsum verbis propriis ligavit, volenti enim et seipsum liganti, ut iura canunt, nulla fit iniuria etc. (112—113. lap.)

Causa providi Cristofori sutoris et filie sue Sophie.

1509. szent. 18. Anno nostre salutis 1509 feria 3 post Mathei apostoli et ewangeliste, dum in consistorio nostro ad reddenda iura et causas audientes more solito pro tribunali consedissemus, de medio aliorum causidicorum nostri astitit in presencia quidam mulier Sophia, filia scilicet providi Cristofori sutoris, que a iamdicto patre suo in causam attracto, omni iuris strepitu partem suam hereditariam de bonis eiusdem expeciit. Quo audito prefatus pater ipsius in causam attractus ex adverso respondit, quod eidem filie sue Sophie de bonis suis nihil omnino dare obligaretur, ex quo degenerasset et se honeste non tenuisset, ratione cuius ipsum et genitricem suam nimium offendisset, quod omnibus in hac civitate bene constaret. Nos igitur accionem et responsionem utrarumque parciium auditis et intellectis et maturius discussis habita inter nos superinde consilio prematuro, hanc tulimus sentenciam: Quia ex quo prefata mulier Sophia actrix degeneravit anno sue etatis quarto decimo parentes suos perturbando, dictum Cristoforum sutorem patrem ipsius in causam attractum ab eadem filia sua actrice absolutum pronuncciamus atque liberum. (113—114. lap.)

Eperjes város bíráinak névsora 1324—1509.

(A jegyzőkönyv alapján összeállítva.)

A jegyzőkönyvet megelőző korból a város bíráinak csak nagyon hézagos névsorát tudjuk — az adatok hiányosságánál fogva — összeállítani, míg ezzel szemben a városi jegyzőkönyv majdnem teljes névsorát tartalmazza az 1424-től 1509-ig szerepelt bíráknak.

A névsort 1424-ig okleveles adatok alapján állítottuk össze, kiegészítve, a hol lehetett, a tanácstagok vagy esküdtek névsorával. Maga a névsor a következő:

1324 előtt: Miklós villicus.¹⁾

1324. Halman villicus.¹⁾

¹⁾ Eperjes város levéltára 71. sz.

1347. Konrád bíró, Tamás esküdt.¹⁾
 1352. Miklós bíró.²⁾
 1364. Niklinus bíró.³⁾
 1380. Sclaris (?) Miklós bíró, továbbá Purger Péter, In acie János, Sygus János, Bucheus Miklós, Brendray Miklós, Gerrich Péter és András esküdtpolgárok.⁴⁾
 1388. Gellért fia Pál bíró, Burger Péter esküdt.⁵⁾
 1390. Gellért fia Pál bíró és »universi consules comitatus de Epperies, videlicet Petrus Purger, Johannes In acie, Johannes Zegus, Georgius Bartholomei, Nicolaus Buchtus, Johannes Wrendran, Petrus filius Gerdrudi ac Czurke scabini . . .«⁶⁾
 1394. Péter bíró.⁷⁾
 1400. Lucifer fia János bíró.⁸⁾
 1404. Purger Péter bíró.⁹⁾
 1408. Lucifer fia János bíró, Miklós városi ügyvéd.¹⁰⁾
 1411. Péter bíró.¹¹⁾
 1419. György fia Miklós bíró és Langwarth András esküdt.¹²⁾
 1422. Schönher György bíró.¹³⁾
 1423. Lucifer János bíró.¹⁴⁾
 1424. Gebholcz Miklós bíró.
 1425. Schönher György bíró.
 1426. » » »
 1427. Rüstorffer Mátyás bíró.
 1428. » » »
 1429. —
 1430. Schönher György bíró.
 1431. » » »
 1432. » » »
 1433. Langward Péter bíró.
 1434. » » »
 1435. Schönher György bíró.
 1436. » » »

¹⁾ Eperjes város levéltára 14. sz.

²⁾ U. o. 27. sz.

³⁾ U. o. 71. sz.

⁴⁾ U. o. 87. sz.

⁵⁾ U. o. 62—63. sz.

⁶⁾ U. o. 65. sz.

⁷⁾ U. o. 71. sz.

⁸⁾ U. o. 86., 87., 88. sz.

⁹⁾ U. o. 97. sz.

¹⁰⁾ U. o. 106—107. sz.

¹¹⁾ U. o. 112. sz.

U. o. 118—119. sz.

¹²⁾ o. 126. sz.

¹³⁾ U. 131. sz.

¹⁴⁾ U. o.

1437. Lucifer András bíró.
 1438. György szücs (pellifex) bíró.
 1439. » » »
 1440. » » »
 1441. —
 1442. Kezmerg Gergely bíró.
 1443. » » »
 1444. » » »
 1445. Guman Miklós bíró.
 1446. » » »
 1447. » » » Plawnicz Gáspár vicebíró.
 1448. » » »
 1449. (Plawnicz) Gáspár bíró.
 1450. » » »
 1451. In Acie (Am Ecke) János bíró.
 1452. Plawniczer Gáspár bíró.
 1453. » » »
 1454. Tamás szabó (Thünis Sneyder) bíró.
 1455. Plawniczer Gáspár bíró.
 1456. » » és Tamás szabó bírák.
 1457. Tamás szabó bíró.
 1458. » » » és Kezmarkter Gergely vicebíró.
 1459. » » »
 1460. Plawniczer Gáspár bíró.
 1461. » » »
 1462. » » »
 1463. Zyghart Péter bíró.
 1464. » » »
 1465. Blum János bíró.
 1466. » » »
 1467. Schewczlich László bíró.
 1468. » » »
 1469. » » »
 1470. » » »
 1471. —
 1472. —
 1473. Schewczlich László bíró.
 1474. Foyt Márton bíró.
 1475. Schewczlich László bíró.
 1476. Plawniczer Gáspár bíró.
 1477. » » »
 1478. Schewczlich László bíró.
 1479. » » »
 1480. » » »

1481. Schewczlich László bíró.
 1482. » » »
 1483. » » »
 1484. Grünwald György bíró.
 1485. Schewczlich László bíró.
 1486. » » »
 1487. » » »
 1488. » » »
 1489. » » »
 1490. Grünwald György, Plawniczer Tamás bírák.
 1491. Plawniczer Tamás bíró.
 1492. Fillach Gergely, Brengeszeyn János bírák.
 1493. Brengeszeyn János bíró.
 1494. Plawnitzer Tamás bíró, Grünwald György vicebíró.
 1495. » » »
 1496. Fleyscher Benedek bíró, Grünwald György vicebíró.
 1497. » » »
 1498. Plawniczer Tamás bíró.
 1499. » » »
 1500. Fleischer Benedek bíró.
 1501. » » »
 1502. István szabó bíró.
 1503. » » »
 1504. » » »
 1505. Plawnitzer Tamás bíró.
 1506. Kleyn György bíró.
 1507. —
 1508. Kunes Bernát bíró.
 1509. » » »

Közli : DR. IVÁNYI BÉLA.

A ZEMPLÉNI REF. DIOECESIS ZSINATAI
 MISKOLCZI CSULYAK ISTVÁN ESPERES
 IDEJÉBEN (1629—1645).

— ELSŐ KÖZLEMÉNY. —

*I. Generalis synodus ad Erdőbénye convocata ad diem 2.
 Maji anno 1629.*

Ad hanc synodum vocatus comparuit Rdus et Clarissimus vir D. Michael Szepsi, meritissimus duarum dioeceseon senior, cum Georgio Lövei Mádiensis, Daniele Varsányi Tokajensis, Francisco Debreczeni Thaljensis Ecclae pastoribus; adfuerunt

et Domini symmystae nostrae dioecesis Zemplény, coram quibus ego ratione mei muneris poscente ita sum prolocutus, finitis primum in templo matutinis precibus, dicto hymno Veni Sancte Spiritus, cum oratione matutina in scholis vulgari gratias agimus etc.

Prooemium ante novi Senioris inaugurationem.

Auxilium nostrum sit a Jehova, qui fecit coelos et terram.

Amen.

Venerande Antistes affinis honorande! Reverenda pietate et pia reverentia dignissimi viri, lumina et columina Ecclesiarum vicinae dioeceseos clarissimae, hospites lectissimi! vos quoque exquisita mysteriorum coelestium cognitione admodum Rdi viri, domestici nostri observandissimi, caeterique auditores, si qui estis, omnium ordinum et dignitatum ornatissimi! O si quis daret caput meum aquas esse, et oculos meos scaturiginem lacrymarum, ut inter diu et noctu deflerem priscam illam dioeceseos nostrae venustatem jam defloratam et lamentabilem viduitatem! liceat enim mihi pace vestra eadem threnodia sacrosanctam hanc panegyrim cum vate Jeremia alloqui. Ecce enim ante mentes tres et quod excurrit, insperato satis annisimus, imo vero post exantlatas multiplicium negociorum lassitudines, ad aeternam requiem praemisimus veneranda canitie, vitae integritate, multifaria exoticarum lingvarum cognitione, et profunda scientia suspiciendum, eximium Jesu Christi servum D. Gregorium Vaaczi, Ecclae Gálszécinae binis vicibus fidelissimum pastorem et Ecclesiarum in hac dioecesi nostra Zempleniensi integro sexennio Seniore et Inspectorem vigilantissimum: qui sane obitu suo domesticis quidem suis luctum et squalorem dolorificum adtulit, nobis vero universis et singulis dulce sui desiderium reliquit. Cui utinam concessum divinitus fuisset, vitae sanctimonia, eruditione sancta, confessione apostolica diutius nobis praelucere, nosque ab ejus ore pendere, felices et bono patre nati jure meritoque clueremus. Eane fuit Ipse dexteritate, exquisita prudentia, et eloquendi facultate instructos: ut non solum animo concipere sapienter, verum etiam extemporaneo sermone vel apud exercitatissimos quosque posset plurimum. Sed quorsum dolore abreptus delabor? non indulgebo dolori, quandoquidem

Sic erat in fatis, ut tempora cana sepulcro

Conderet, atque prior qui venerat ipse praeiret.

Non itaque querimoniis intempestivis voluntati divinae reluctabor amplius, sed illam patientissimi Jobi regique cytharoedi panaceam cordolio meo emplastrabo: Jehova eum dedisse, Jehovamque recepisse, sit nomen Jehovae benedictum: confidens ad vesperum duntaxat demorari hunc in dioecesi nostra

fletum, anteluculo autem affore laetitiam. Ne vero sancta haec contubernii nostri fraternitas ulterius ἀκεφάλῃ esse perhibeatur; neque nos in censum ovium pastore suo destitutarum veniamus amplius: in hujus pie in Christo denati, et jam sodalitis beatarum animarum associati Dni Senioris locum, alium fide et sp. sancto plenum ut surrogemus, hodie bona cum Dei gratia tam frequentes huc convenimus. Nec immerito nos haec Coryphaei suffiendi sollicitudo tenet; etenim si navis aliqua utilis sine gubernatore, domus sine patrefamilias, corpus sine capite, caput sine oculo diu sospes esse nequeat: multo vero minus Ecclesia, quae est domus Dei sine gubernatore, sine patre, sine capite, sine oculo diuturnam sibi tranquillitatem et εὐταξίαν promittere potest. Quamobrem ut ecclesiastica ista haec Respublica extra omnem lapsus antea posita προεστῶτα suo animitus gaudeat: agite adeste animis, charissimi, qui corporibus adestis, seponamus affectus omnes, προσωποληψία in exilium pulsa, unice spectemus omnipotentis Dei gloria, et fraternitatis nostrae emolumentum: nemo sic apud se ratiocinetur, hic mihi vicinior est, ille vero remotior, hic hospitalior, ille tenacior, hic ad misericordiam propensus, ille vero totus biliosus; non ista quaeruntur non, sed aedificatio et incrementum Ecclesiae unice spectatur. Quilibet itaque vestrum cynosuram apostolicam velut amussim sibimet praeficiens eum velit electum Seniore: qui sit unius uxoris vir, irreprehensibilis, aptus ad docendum, alienus a pugnis et avaritia; sit compositus, hospitalis, temperans, vigilans; sit fidelis illius sermonis tenax, qui facit ad doctrinam, ut possit et exhortari doctrina sana, et convincere contradicentes; sit denique omnium nostrum exemplar in sermone, in conversatione, in charitate, in spiritu, in fide, in castitate et caeteris quam plurimis Episcopo dignis virtutibus; non sit inflatus, non turpis lucri cupidus, non percussor, neque vinosus, ut incidat in laqueum Diaboli. Ut a communibus suffragiis talem, qui Deo quidem acceptus, nobis vero salutaris et utilissimus esse possit, deligamus, quando

Nullius est felix conatus et utilis unquam,

Auxilium si non detque juvetque Deus.

Sanctorum Apostolorum imitati morem, in locum Judae magistri sui proditoris locum Matthiam sortito eligentium: agite ὁμοφύχως καὶ συμφῶνως iisdem precibus Deum nostrum compellantes impresentiarum dicamus: Domine, Deus et pater omnium, visibilium et invisibilium, quique solus corda nostri omnium, supplices quaesumus te, hancē imbellem alias Sareptam, jam vero vigilantissimo suo Antecessore penitus viduatam, benignitatis tuae oculis aspice, et nunc ostende, quem ex hac sacrosancta congregatione nostra elegeris, ut accipiat sortem ministerii

et Dioeceseos Zempleniensis Senioratum, a quo Gregorius Vaaczi, tuus olim minister fidelissimus, per viam universae carnis ambulando, excidit, eundemque variis multiplicibusque Spiritus tui Sancti charismatibus supra omnes confratres suos ita exorna itaque gubernata, ut in hoc laboriosissimo munere ea duntaxat cogitet, dicat, faciatve, quibus divina nominis tui majestas et salutiferum Ecclesiarum emolumentum ad fines orbis propagetur. Amen. Pater noster etc.

Unicum adhuc superest charissimi, scilicet ut jaciamus sortes, et super quem ceciderint, is ipse nomine suo indigitetur, et mox in Seniore creetur, a quo nos fidem sanctae gubernationis arrhabonem exspectemus, nos vero eidem dexterarum porrectione evangelicam obedientiam spondeamus.

Vos Dni Studiosi, chartas et calamos scriptorios singulis Reverendis D. fratribus primum offerite, mox perscripta suffragia in pilea colligite, postmodum sortes Clarissimis et Rdis Dnis sequestribus exhibitote.

His dictis, facto silentio chartas blancas singuli accepere et suffragia notarunt.

Pauca quae sequuntur non sum locutus, interclusit enim sermonem onus Senioratus vix adhuc ore prolatum.

* Jam vero quandoquidem electus D. Senior nobis coram sistitur inter nos et ipsum reciproca debet esse obligatio. Ipse igitur prior solenniter juret, nos postea data dextera obsequium repromittamus.

Oratio. Gratias agimus tibi omnipotens Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi sponsoris et servatoris nostri benignissimi, quorum excubias agas super Sareptam tuam viduam Ecclesiam et propitius nos intueri dignatus nobis de idoneo Antistite providendo. Te rogamus misericors Deus et Pater, ut eum spiritu constantiae, prudentiae, et sapientiae indue, ut omnia ejus cogitata, dicta et actiones mel et favum sapiant, haec tuae gloriae, nostrae saluti et dioecesis incremento serviant. Eidem quaesumus largire vitam longaevam et sanam sano in corpore mentem. Defende eum contra omnes Satanae organorumque ejus insultus. Eandemque misericordiam impertire Ecclae immaculato Jesu Christi sanguine collectae, ut emenso hujus vitae curriculo, tandem ad coelestem beatarum animarum paradysum hilaris perveniat.

Tu vero venerande D. Senior, quandoquidem non sit tibi lucta cum carne solum et sanguine, sed adversus imperia et mundi dominos; propterea assume universam illam armaturam, ut possis resistere tempore adversissimo. Interea tanquam invictissimi Jesu Christi miles, milita bonam militiam, retinens fidem

et bonam conscientiam, ut tandem post praeclarum illud decertatum certamine, in illo die vitae aeternae immarcescibilem coronam laesus consequare. Et dicat omnis populus: Amen, Amen.*¹⁾

Clarissimus ac Venerandus D. Michael Szepsi, praeses sanctae congregationis nostrae dignissimus, etsi propter difficilem catarrhi ad pectus defluxu vix sermonem facere poterat, principio tamen paucis exordiate sermonem meum resolvit, inchoando ab illo Davidis Parei de Jacobo Kimedoncio:

Si mea cum vestris conjungo vota confessus jure meritoque institutam a me fuisse ex Jeremia threnodiam ex insperato tanti tamque clarissimi viri obitu exortam, in cujus laudem digressus non obscure sacravit ex decessu magnorum virorum saepenumero calamitates secuturas. Ad haec dioeceseos nostrae conatum collaudavit, quod post pii Mosis decessum de substituendo fidei Josua Ecclesia fuerit sollicita, ut jacturam Ecclesiis nonnunquam in interregno occurruram prudenter averruncaret. Longius progressus egit de calculis seu sortibus etiam a prisci seculi hominibus usurpari solitis, easque vocavit aut Divisionis sive divisionales, quibus Josua in dividenda terra Canaan usus est; aut Judicii sitas in absolute vel damnatione, quarum illas album, has nigras calculum indigetavit; aut Electionis, quibus apostoli in apostolo Mathia eligendo usi sunt. Quarum ultimam ab ipsis apostolis quasi per manus christianis traditam in hunc usque diem bono omine usurpari asseruit. Usurpavitque semel atque iterum illud sapientissimi Salomonis Dominum esse qui faceret, ut nos mitteremus sortes in sinum, illasque nostro commodo dirigeret, ut caderet in pium virum priori defuncto Seniori vita, vigilantia et pietate parem.

Vix finiverat sermonem, cum jussu novo mensa in templi sanctuarium introducta et tapeto picto induta est, cui a duobus lateribus duo subsellia collocata, utrumque domini advocati occuparunt. Studiosi collecta suffragia et D. Praesuli oblata, ipse suspiriis ex alto pectore ductis cum D. Georgio Lövei manus sortibus legendis admoverunt. Fit altum inter nostros et omnes silentium, unus hoc, illud alius animo suo volutans. Suffragiis in 4 ordines lectis, Clariss. D. Michael gratias egit omnipotenti Deo pro vere paterno in nos amore et providentia, vehementerque se laetari dixit pro munificentissima ipsius dextra, qua nos juvare paratus esset, quod licet praesidem collegii nostri per viam mortis

¹⁾ A két * közé foglalt három kikezdés két piros vonal közé van rekesztve s a következő megjegyzéssel kísérvé: »Haec in inter lineas necessitate non postulante omisi«.

nobis eripuerit et ad se ire jusserit, tamen paratus esset pro unico illo adempto quatuor nobis sufficere, et quod etsi ita nobis videbatur, ut illo defuncto vix aliquis in coetu nostro superesset, qui lampada sumeret, et pio sacerdotum gregi jure praeesse posset: tamen dominum reliquisse adhuc inter Reverendos et Clarissimos viros vita et eruditione celebres quatuor inquam personas illi oneri ferundo aptos natos. Communiter collaudavit illos, et dum in nomen ejus nos omnes intentos esse videret, jussit nos bene ominari, bene sperare, et pro illorum longiori incolumitate Dominum precibus fatigare, quod Sareptae suae viduae misertus pientissimo Heliae laboriosissimus Helisaeum sufficere dignatus sit, et me nominando Clarissimae societati verbis non vulgaribus commendavit.

Ego vero hac sum usus excusatione. Reverendi et Clarissimi Viri, vereor, nec sine causa vereor, suffragiis vestris in me immerentem directis, ne a scopo apostolico, toto, quod datur, coelo aberraveritis. Etenim dum meo me pede metior, ne centesimam particulam illarum virtutum episcopalium, quas paulo ante recensui, in me agnosco, nec aliquis vestrum, si omnem penitus affectum exuerit, in me agnoscit: agnosco vero ego perlubens illud Jeremiae verius de me, quam de sedictum, me puerum esse et nescire loqui. Et vere cum Mose dicere possum, me impedito esse ore et balbutire. Et vero longa exercitatione lingua aliquid possem, norunt tamen dignitatis vestrae, senioratum non esse in verbis situm, sed oportet Episcopum ἐργαζην, ut aptus loqui operarium esse. Ego vero ad labores ferendos ineptus sum. Nam eruditionem meam praedo meus, vertigo adeo exinanivit, ut nonnunquam vel in ipso cursu sermonis verba me deficient; ingenium quoque meum adeo invalidavit, ut supra modum verear, quod tamen Dominus prohibeat, ne aliquando cum Messala Corvino nominis etiam mei aliquando obliviscar. Quare pietates vestras clarissimas per amorem Dei rogo, ne hoc importabile onus humeris meis imponant, in vobis enim stat, ne senioratu meo honoris vestri dehonestamentum et gravis Ecclesiam jactura sequatur.

Sic finiens sermonem redorsus D. Michael, se et Ecclesiam de me optime sperare dixit, neque vereri ne me praesule incommodum aliquod dioecsin petat; sicut enim Paulus ad pedes Gamalielis, ita ego in juventute in schola Domini Vaaczii doctus sum, mox affinitate eidem junctus, tandem in functione senioratus coadjutor ejus in labore fuerim etc.

Ego rursus: Per Deum immortalem vos peto, mutata sententiam, non turpe est enim redire ad meliorem mentem. Cogitare enim serio debetis, tempora nunc esse periculosa, imo secutura

periculosissima, et fortassis etiam Ecclesiae fatalia, quae prudentem et cordatum desiderant Seniores. Ego vero natura pusillanimis sum. Videte ergo ne cum leonem vobis praeficere velitis, cervum deligatis, qui aptior sim ad fugam, quam ad vestri vestrorumque curam, qui hoste adveniente fugiam et fraternitatem vestram deseram. Cogitate etiam me notariatu meo contentum esse, in quo hactenus fideliter sum functus, sed nondum defunctus, neque defungi cupiam.

Haec et plura alia dixi, sed frustra dixi, nam ex subsellio meo prodire et ad cornu mensae in interiori templi parte locatae stare iussus sum. D. Michael verbis consolatoriis meam pusillanimitatem suffulsit, bene sperare iubens, nam Deum suppositurum manum huic oneri et per infirmitatem meam suam virtutem perfecturum velle. Tandem juratum. Auditorium vero nostrum monitu praesulis ad me accedens vota et obedientiam data dextra spondit. Et sic almae fraternitatis Dioeceseos Zempleniensis senior ordinatus sum.

Quae post inaugurationem meam acta sunt. Hora nona.

Relatum est reformationem gymnasii Patakinensis ab illustri Comite et Ecclesia factam esse. Quod totum concilium comprobavit.

Placuit etiam omnibus temporibus periculosissimis jejunium esse indicendum, cujus promotionem D. Michael promisit. Nostri erit officii D. Görgei Seniore Ungvariensem ea de re monere.

Az Kalauz valamint egyszer elosztatott, kiki az ő részét mentől hamarabb lehet, végezze el. Ez is tetszett némelyeknek, hogy deákra fordítsák és az Akadémiákban tanuló deákok oda föl lakván disputálják, és az posteritas kedvéért egynehány száz forintot küldvén valamely Doctornak, refutáltassék vele.

Franciscus Halászi, ujfalusi pásztor felesége 2 hónapra két hétre és 3 napra gyermeket hozott. *R.* Az falu bírása kezében kell adni, Halászi uram tartsa étellel; ez mellett ha tanukkal paráznaságát convincálhatja, az falu bírása exequálja.

Az ujlaki prédikátor jövedelméről az Nemes Vármegye Urunknak ő Felségének írott egy levelet, mely az Ecclesia ládjában vagyon. *R.* Az Ecclesia legyen várakozásban annak az levélnek az Fejedelemhez való küldésében, mert talán ő maga is Urunk Pünkösdre Váraddá fog jőni.

Az tárkányi pásztornak ujabban rendelt jövedelmét Bodó Lajos ura hire nélkül nem engedi az jobbágyoknak megadni. *R.* Az Vármegyét sollicitálni kell, hogy az Urral adassa meg az pásztornak azokat az parochialis földeket, melyekből Pacziot Ferencz szokta volt azt az buzát pásztornak fizetni.

Az csörgői pásztor az szolgálatnak dolgában az régi usust observálja az következő zsinatig; akkor ha módja leszen benne,

az Ecclesiák elvégezi (sic!), ha úgy szolgáljon-e, mint az legenyiek és az mihalyiak mostan kívánják.

Az veletei pásztornak buzáját, mivel Nyári István uram ő Nagysága dolgosa Pásztor István interteneálta, az D. Consenior Kaposi uram írjon ő Nagyságának. Adtam charta blancát ő kegyelmének credentialisra.

Fűzérben Matthaeus Causait commendáltuk az praefectusnak és kértük levelünkben, ne engedje az nyirieket, hogy az pásztor elbocsássák.

Acta post sumtum prandium hora 3.

Ujhelyben az Hartai uramtól csináltatott rostélyos alkotmány pro Sacra Coena Domini az cathedra eleiben tétessék visitatiókor per visitatores. De az deákok ne menjenek énekelni az torony mellett csináltatott magos karban, hanem az régi helyen énekeljenek.

Az lizikai mestertől az öröklevel írást nem engedi az Ecclesia, hogy az Város elvegye propter certas easque graves causas in conservatorio Ecclesiae manu ejusdem Rectoris descriptas. (Utólagos bejegyzés: Az visitatiókor tiltottuk ő Felsőrére és az Nemes Vármegyére.)

Az visnyóiak Joh. Tholnait két supplicatióval vádolták, hogy elsőben egy négely serért f. 5. azután f. 4. követne rajtok, melyet János uram tagad, és mivel olyan embert az falu nem bocsátott, az ki ő Kegyelemnek szembe szólott volna, mindazáltal az Ecclesia mandálta Tholnai U., hogy az régi usus fölött ne sarczoltassa az jobbágyokat az Ecclesia kárával, hogy elpusztul az falu; felmenvén az visitatióra, inquirálják, ha úgy vagyon-e az dolog, vagy nem.

Bodó Ferencz procurator által credentialist küldött be az Ecclesiának, és szóval arra kért, hogy Th. Lévai felől provideáljuk, commendáljuk, avagy parochiába avagy másképen segítsük. R. Hogy promoteálhassuk, módunk nincsen benne. Az Uraim egyenként kiki erszényéből conferálván neki, az oblatio tött f. 3.

Az parnai pásztor panaszlá, hogy neki búcsut adtak, mert nemcsak hetedszaka, de innepnapon is negligens az tanításban. R. Visitanda erit illa Ecclesia, et totum negocium cognoscendum.

Acta secundi diei h. 3. Maji 4.

Consenioris electio ad illud tempus dilata, quo Ecclesia Ujheliensis et Szécsiensis primarium habiturus est pastorem.

Steph. Tholnai aulicus Spectabilis D. Rakocii concionator fit publicus Ecclesiae notarius.

Publici Symposii usurpatio deposita est, sed D. ordinandi taxabuntur pro qualitate personarum et locorum. Taxa cogno-

scenda erit ab aliis Dnis Senioribus. Septimo Maji in nundinis Tarczalini habitis fui cum Clarissimo D. Michaele Szepsi, qui retulit a pastore primario Gönciensis ecclesiae Urbano Kisfaludi Ecclesiam accepisse f. 12. a collega Cassoviensi Benedicto Bakai f. 15. caeteros vero D. pastores infra illam taxam taxandos esse.

Utrum conseniores sigillum citatorium cuivis petenti inquisitorium aut prohibitorium sua propria autoritate, inscio seniore dare debeant et possint? Responsio dilata est ad tempus deliberationi magis idoneum.

Az Bodrogkereszturiak D. Joannes Kassainak, primarius pásztoroknak búcsut adtanak. Három atyjokfiát küldötték fel hozzánk város pecségi alatt való levelekkel és 4 motivákkal, melyre képest adtanak búcsut.

Ad 1. rationem az Ecclesia így replicált, hogy János uram az gyászban communicáló asszonyállatot nem szólíhatta volna meg az okon, mintha szurkos öltözetben való embernek illetlen volna communicálni, melyért ő kegyelme noha megérdemlette volna az búcsuadást, mindazáltal azt az ő kegyelme cselekedetit feddésre méltónak ítélte az Ecclesia, meg is feddette. Hogy pedig azt az asszonyt plengér alatt való verésre ítélte volna, tartoznak az Kereszturiak elegendő bizonyságokkal azt megbizonyítani, mert ő kegyelmek bizonyságok nélkül mondják csak azt, János uram pedig tagadja. Ha pedig János uram ellen bizonyítanak, ő kegyelmét az Ecclesia törvény szerint megbünteti.

Ad 2. Hogy az karban ülő ifjaknak választás nélkül azt kiáltotta, hogy ördögfiak, kerékre valók és akasztófára valók legyenek, az is nem militál, mert az szentirással szólott azoknak az fajtalan szemtelen ifjaknak, kik az becsületes asszonyállatoknak fejekre pökdöstek, poroztak, kővel és sarutalppal hajgálták őket. Az kik azt nem cselekedték, semmi kemény és dorgáló beszéd azokra nem esett, bátor közönségesen szólott is, quod enim omnibus dicitur, nemini dicitur.

Ad 3. Hogy egy tanácsbeli személyt az templom előtt hamisnak mondott, semmi ratio az is, mert azzal az adversariussal immáron megbékélt. Ha pedig az az személy, az kinek azt monddotta, hogy hamis legyen, újítani akarja az dolgot, törvény vagyon előtte, és János uram bizonyítson ellene, rakja fejére ha lehet.

Ad 4. Az Ecclesia hírével és engedelméből promoveáltatott in locum primarii, az Ecclesia hire nélkül adtanak búcsut neki, midőn in locum secundarium az collegának helyére akarták degradálni, annak az collegának is nagy injuriájával és reá következendő gyalázatjával. Hogy pedig búcsuzott, azért cselekedte, mert előbb ők adtak búcsut az főpapságból, és látván az községnek szándékát az Ecclesiának irott törvénye szerint jelentette

meg esztendejének eltelését, hogy nagyobb gyalázatja ne következzen. Nem oly véggel jelentette penig meg, hogy búcsut adjanak, hanem hogy jobb indulattal az auditorok hozzátérvén, előbbeni statiójában megmaradna. Annakokáért búcsuzásával sem az Ecclesia kánoni ellen nem vétkezett, sem pedig azért dimissiót nem érdemlett.

Deliberatum Ecclesiae : 1. Az birót 12 esküdtivel és az fő-fő nemeseket convocálni kell. 2. Az visitatio legyen meg secundum visitationis modum. 3. Ha valami olyan dolgok jőnek be, melyek most elől nem jöttek ex utraque parte, ha pro praesenti negocio dijudicáltathatnák és jó karban állittathatnák, az visitorok componálják. Ha penig olyan nagyok lesznek, ad totius fraternitatis iudicium transferatur. Ha penig csak ezek lesznek az ratiók, elsőben is separálván az nemeseket, tentáljuk, hogy János uramhoz édesedjék szivek, és inculcáljuk, hogy ne engedjék az községnek, hogy az ő praerogatívájok ellen hozzon és válaszszon prédikátort, meggondolván azt, hogy az dominium terrestre et jus patronatus változandó, és ha az községnek pápista földesura leend, az községre is pápista prédikátort vet, vagy ha lutheránus leszen az patronus, lutheránus papot viszen be, és az nemességnek az kelletlen prédikátor alatt csak nyögni kell. Másodsor az polgárokat is intsük, kik ha megcsendesednek és megegyeznek jóval, jó ; ha penig meg nem egyeznek, és az nemesek ellent tartanak az János uram dimissiójában, ítéletekben megerősítessenek ; ha mind nemes, mind az polgárság együtt tart, és az község akaratját kívánják végben vinni, János uram maradjon meg tisztiben addig, mig az Ecclesia prospiciál felőle, az Kereszturiaknak előtte penig accusatiójoknak és ratiójoknak erőtelensége mutattassék meg (sicut supra) és autoritate Ecclesiae juxta Canonem mind addig prédikátort ne kereshessenek, mig igazabb és elegendőbb okát adják az prédikátor búcsu adásának, s ugyanakkor Dobrai uramnak kiszínléséről való igyekezetek felől és az Ecclesia autoritása hágásában ítélet leszen.

Ladmoczi szőlő parochiális. Valamig az Szőlőskeiek az Ladmócziakkal az szőlő miveltetésének dolgában meg nem egyeznek : addig Csepregi uram ne prédikáljon.

Szóts Boldizsárnak Joh. Kassai Uram adjon egy hordó bort, de Szóts Boldi többé ne kérhesse az János Uramnak egyszer adott f. 90. hanem az két kar egymást segítse.

Az nyiri prédikátort ha meg nem tartják az falusiak, esztendeig vacáljanak.

Az Szécsiek is levelek által pásztort kérnek. *R.* Az parochiát építsék meg kőről ; az viduának is adják meg az adósságot, és az Ecclesia azután provideál rólok.

Franciscus Szentiványi Karádról Karcsára kívánkozik, de még adósok fával, gabonával, pénzzel, szénával, — contentálják.

Matrimoniales causae.

Bényei Sáfár Lászlónak 8 esztendeje, hogy felesége török birodalmában szökött. *Concessa potestas aliam ducendi. Solvit f. 3.*

Bényei Fridlich Dorkót Szabó János eljegyzette volt, de esztendeje, hogy elment. *Potest nubere. — — f. 1.*

Die 26. Junii. Rdmus Dominus Josephus *Erdélyi*, abbas S. Margarethae V. de Bela est pro priore S. Martini declaratus, Reverendissimus autem P. Ildephonsus *Horváth* in supriorem.

Die 27. Eliminavi ex *Tárkány* notarium, qui a septem annis sub nomine ibidem agebat praedicantem.

Die 7. Julii. Advenit sua Majestas sacratissima Posonium ad diaetam, quam pro 20-a Junii Statibus et Ordinibus regni clementer indixerat, ibidemque a Statibus et Ordinibus primum ad confinia regni sub tentorio una cum Augustissima imperatrice summo cum apparatu et applausu fuit exceptus, dein vero a praeunte in arcem clero, ibidemque pontificalibus induto noviter consalutatus.

Die 14. Julii. Impetrata privata audientia porrexi demissum *memoriale* suae Majestati ratione praecedentiae in sessione diaetali, quam Priores Generales Paulinorum praetendunt in praeiudicium archi-abbatum S. Martini a longo iam tempore.

Die 17. Julii discessit sua Majestas sacratissima Posonio Viennam cum spe futuri reditus ad reinvisendos Status et Ordines ante finem diaetae.

Memorialis autem praementionati contextus erat in haec verba :

»Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas ! Domine Domine naturaliter clementissime. Longa iam et a venerabili Hungariae clero ad hanc diaetam relegata, inter praedecessores meos archi-abbates S. Martini ex una et Patres Priores Generales ordinis Paulinorum ab altera partibus ratione praecedentiae in sessione diaetali viget controversia. Posteaquam enim in anno

1594. post expugnatum Jaurinum Conventu S. Martini cum suo archi-abbate — archi-abbas ille dicitur fuisse Paulus *Baranyai* — internecone deleta sacer Ordo Benedictinus furore othomannico in Hungaria extinctus fuisset, intereaque temporis praementionati Patres Paulini sessionem inter regnicolares tantummodo et successive inter praelatos impetrassent, tandem ubi post annos 45 sui excidii sacer Ordo Benedictinus favore Augustissimae Austriacae jure postliminii in Hungariam reintroductus et antiquis iuribus ac privilegiis archi-abbas S. Martini ex integro restitutus fuisset, sessionem utique inter magnates et praelatos immediate post episcopos (uti olim a primis regni Hungariae incunabulis obtinuit) capere debuisset. Priores nihilominus Generales Paulinorum, nescitur quibus adducti rationibus, praecedentiam sibimet arrogare, debitamque sessionem archi-abbatum haecenus occupare adnitebantur.

Cum tamen omnibus regni Statibus et Ordinibus notum esset, qualiter antiquissimus in Ecclesia Ordo Benedictinus fidem religionemque catholicam primus in Hungariam invexisset, primumque illa Christianitatis genimina fuso etiam pro Christo sanguine irrigasset, insuper etiam satis constaret, qualiter sacrum illud pignus, angelicam utpote regni Hungariae Coronam (qua etiam Majestatem vestram sacratissimam gloriose redimitam vidimus) cum regni insignibus primus archi-abbas S. Martini, *Astricus Anastasius* dictus, a Sylvestro secundo, Romano Pontifice non modo tulerit et impetraverit, sed primum etiam Hungariae regem, divum Stephanum eodem sacro diademate ipse praefatus archi-abbas coronaverit, ex quo successores etiam ejusdem archi-abbates S. Martini episcopali quasi dignitate a praetitulato divo rege Stephano insigniti sessionem cum episcopis adhuc ante septingentos annos obtinuisse ac instar aliorum episcoporum successivis deinde temporibus banderia regibus Hungariae praestitisse, proque salute regis et regni ultimae etiam interneconi succubuisse dignoscerentur. Quare ubi tum veneranda sacri Ordinis antiquitas, tum vero a tott (!) saeculis gloriosae reminiscendae Hungariae regibus impensa maiorum nostrorum merita Ordinem Benedictinorum tantopere commendent, juri et aequitati congruum omnino foret, ut quemadmodum tota Ecclesia prae aliis regularibus Ordinibus, Paulino etiam, antiquioribus primatum defert ac detulit semper Ordini Benedictino, ita et sacra Hungariae Corona (utpote a Benedictinis regi et regno illata et imperata) eundem primatum quodammodo ex debito deferret. Si enim alibi usquam primatum caedit (!) Ordo Benedictinus Ordini Paulinorum, non apparet ratio, cur recte in Hungaria cedere deberet.

Ex quibus etiam inferre licet usum illum, si quem in proximis hisce diaetis praetensum allegare velit pars adversa, non tam usum, quam abusum potius esse dicendum, utpote juri communi, constitutionibusque contrarium ¹⁾ et a praedecessoribus mero archi-abbatibus S. Martini semper jure merito controversum.

Quodsi deinde Reverendissimus Prior Generalem se esse Priorem pro argumento afferri velit, constat similiter ex bulla Leonis 10. archi-abbates S. Martini esse Abbates Generales. Sicut enim Prior Generalis habet Priores alios sibi subordinatos, ita et archi-abbates S. Martini habent alios abbates (et quidem infulatos) sibi subordinatos. Iam vero abbas subordinatus, seu sit infulatus seu non infulatus, nunquam potest jure primatum cedere Priori subordinato, igitur neque abbas generalis cedere jure debet Priori generali. Prioratus siquidem ex genere suo et natura rei semper inferior dignitatis gradus existit dignitati abbatiali. Illud accederet, quod archi-abbas S. Martini a septem saeculis episcopali quasi dignitate conspicui semper infulati ac sacratissimae Majestatis regiae consilarii esse solerent. Ec haec proinde etiam ratione primatum cedere cuipiam non infulato, non consiliario prorsus non competeret.

Ea propter Majestati sacratissimae humillime de genu ego et totus Ordo Benedictinus supplicamus, quatenus prouti et archi-abbatiam S. Martini cum consiliariatu etiam Hungarico mihi clementer conferre Majestas sacratissima dignabatur, ita conpotentem etiam a septem saeculis archi-abbatibus et consiliariis sessionem diaetalem cum aliis consiliariis suis immediate post episcopos eadem clementia caesareo regia assignari facere dignaretur, neque sineret P. Priorem Generalem ad sessionem diaetalem respective nuper admissum antiquissimi et meritissimi in Hungaria Ordinis Benedictini et archi-abbatiae justis juribus, etiam hoc in passu ulterius derogare. Quam sacratissimae Majestatis vestrae caesareo regiam clementiam toti Ordini Benedictino, tanquam in capite perpetuis fidelibus obsequiis ac devotissimis orationum suffragiis una demereri studebimus. Altetititatae Majestatis sacratissimae caesareo regiae humillimi subditi et capellani *Benedictus* archi-abbas S. Martini, caeterique abbates O. B. in Hungaria.

Haec praescripta instantia, quamvis personaliter per archi-abbatem suae Majestati in arce Poseniensi die et anno praescriptis praesentata fuerit, nullum tamen sortita effectum, periit malevolentia fors quorundam minus addictorum Ordini Bene-

¹⁾ In Tridentino Catalogo prius ponuntur abbates etiam communes, quam Ordinum Generales.

dictino. Proinde aliam concinnavit archi-abbas instatiam, quam etiam inter communia cleri gravamina inseri fecit, cujus tenor sequitur in hunc modum :

Excelsi Proceres, Inclytique Status et Ordines ! Quanquam sacer Ordo Benedictinus et consequenter S. Martini Conventus in Hungaria alim celeberrimus immani postea Turcarum tyrannide ad interneccionem usque ductus, tandemque jure postliminii gloriosae regnantis Austriacae domus favore suis antiquis juribus ex integro restitus fuisset. Quia tamen superiorum iniuria temporum nondum respirare, suisque avitis juribus et privilegiis nedum effective potiri potuit, eapropter nomine et in persona caeterorum etiam abbatum, totiusque denique sacri Ordinis divi Benedicti archi-abbas S. Martini excelsis proceribus, inclytisque Statibus et Ordinibus occasione praesentis regni diaetae communis instar gravaminis humillime repraesentanda ac proinde articulariter remedianda haberet sequentia.

Primo quidem sigillum vetus ¹⁾ usuale archi-coenobii, quod a primis regni hujus incunabulis authenticum omnino fuisse satis constaret, in praesens articulariter pristino vigori suo restitui et reauthenticari. Cum aliunde vetusta lege et consuetudine regni (prout Systamatis Politici nro 7-mo habetur) Capitula et Conventus essent loca credibilia et authentica, in quibus literae et literalia, jura regnicolarum tangentia conservari et authenticari solerent. Eadem proinde fide dignitatis praerogativa, uti alii etiam minores Conventus jure postliminii gaudere dignoscuntur, archi-coenobium et Conventum S. Martini frustrari a modo in posterum minime conveniret, in-mente etiam Tit. 13. et 15. Part 2-ae oper. D. Tripart.

Secundo. Quia ad eandem jurium Benedictinorum plenitudinem jure postliminii benignitate caesareo regia concessam plurimum attineret, ut archi-abbates S. Martini competentem sibi a septem saeculis sessionem diaetalem immediate post episcopos obtinerent, eapropter ne ulterioribus altercationibus ratione praecedentiae in sessione diaetali ansa et occasio praebatur, neve sineretur quispiam antiquissimis et justissimis sacri Ordinis iuribus derogara, reverendissimus P. Prior Generalis Paulinorum commonendus foret, quatenus debitam archi-abbatibus S. Martini a septem saeculis praecedentiam in sessione diaetali, utpote nuper ad sessionem admissus sibi ulterius vindicare non praesumeret, cum aliunde satis constaret archi-abbates S. Martini, utpote Generales Abbates tum auctoritate, tum antiquitate,

¹⁾ Hacce sub diaeta sigillum hoc est resolutum, jure postliminiique restitutum, L. J. Chr.

tum denique iurisdictione temporali et spirituali esse praecellentiores, neque uspiam, alibi etiam in Curia Romana praecedentiam cedere aliis etiam ordinum Generalibus Paulino antiquioribus (uti ex Tridentino Concilio satis constaret), igitur neque in Hungaria eandem cedere debebunt utpote meritis et antiquitate non minus conspicui. Illud accederet, quod archi-abbates a Sancto rege Stephano propter impetratam regno coronam episcopali quasi dignitate insigniti, semper infulati ac etiam consilarii suae Majestatis caesareo regiae esse solerent. Proinde cujuspium Priori non infulato, non consiliario praecedentiam cedere prorsus derogaret, cum ex natura sua prioratus sit gradus dignitatis inferior dignitate abbatiali, quanto magis archi-abbatiali.

Tertio. Ex quo plurima beneficia et jura possessoria ad sacrum quidem Ordinem ab antiquo pertinere debentia, superiorum alienata in duplici essent differentia, alia quidem sub collatione adhuc regia versarentur, alia vero ad manus mortuas devenissent, idcirco humillime supplicat saepe memoratus archi-abbas, quatenus eadem beneficia, quae adhuc sub collatione regia versari dignoscuntur, futurae tandem vacantiae tempore non extraneis, verum bene meritis de sacro Ordine religiosis ab archi-abbate et Conventu ad id humillime praesentandis Majestas sacratissima benigne conferre dignaretur. Quantum vero ad ea, quae iam ad manus mortuas devenisse sacer Ordo aegre satis persentisceret rehabenda, de oportuna saltem juris via ac iudice competenti pro innata sua caesareo regia clementia Majestas sacratissima benigne prospicere ac diaetaliter determinare dignaretur communi justitia etc. Ac proinde lege regni id ipsum dictante, signanter S. Ladislai regis lib. I. c. 23. et 24., Colomanni lib. I. c. 1., item Sigismundi imperatoris et regis decret. 6. art. 21., et anni 1548. art. 8., art. item 17 : 1550., et 22. anni 1604., item 11. art. anni 1681. et anni 1715. novissimae diaetae art. 60., ubi sacratissima caesareo regia Majestas ecclesiasticis, non secus ac religiosis, qui de abalienatis bonis apud suam Majestatem sacratissimam se se gravatos esse edocuerint, jus et justitiam competenti juris via administrari clementissime resolvit.

Super quibus justis utpote praetensionibus articulariter in praesenti diaeta remediandis dum praementionatus archi-abbas humillime instat, simul etiam pro aemolumento regis et regni divinam clementiam obnixus exoraturus permanet Excelsorum Procerum, Inclytorumque Statuum humillimus servus et capellanus *Benedictus* archi-abbas.

Die mensis Julii anni 1722., ubi in generali sessione venerabilis Hungariae cleri inter coetera ejusdem venerabilis cleri gravamina haec instantia mea perlecta fuisset, eminentissimus

Cardinalis de Saxonia quoad secundum praedentiae punctum respondit se jam aliunde mihi satisfactionem et iustitiam impensurum. Petiit proinde a me argumenta mea sibi assignari, quibus eidem assignatis post aliquot septimanas assignavit mihi praetitulatus Eminentissimus summarium quoddam Classicorum a RR. PP. Paulinis conflatum, ut ad illud responderem. Quod ego in sessione diaetali breviter persolvens, surgentibus nobis ab eadem sessione diaetali postquam ea de re me allocutus fuisset dictus Eminentissimus, eidem verbotenus ibidem reposui me omnino mandatis Eminentissimi pariturum, mirari interim reverendos Patres Paulinos, quod homines alioquin docti, ejusmodi nugis et inutilibus siccis nihil solide probantibus eminentissimam Serenitatem molestare praesumerent, et quamvis res digna responso non esset, ex mandato eminent. Serenitatis omnino responsurum. Praememorati autem summarii tenor sequitur in hunc modum :

»*Summarium classicorum auctorum ex professo de praecedentia tractantium.*

Quaeritur, an abbates regulares habeant jus praecedentiae supra religionum Generales.

1-mo. Respondet Pellizarius tomo 2. tract. 8. c. 6. sect. 4. nro 223. non habere jus praecedentiae et probat: Tum quia major administratione, potestate ac jurisdictione debet praecedere minorem, ex cap. ad haec de Officio Arch.; sed Generales respectu abbatum sunt tales, quorum administratio et iurisdictio se extendit ad provincias, abbatum ad Conventus. Ergo etc. Citat praefatus auctor plurimos alios cum Pasqualigo.

2-do. Respondet Antonius a S. Spiritu part. 3. tract. 4. disp. 1. sect. 2. nro 13. usque ad numerum 16. locum Generalium esse ante abbates praeter alias rationes ex hac paritate: Abbas, respective Generalis praecedit alios abbates,¹⁾ quod non posset praestare, nisi esset major dignitas,²⁾ in quocunque ponatur, illum elevare debet supra omnes abbates, qui non sunt simpliciter generales, citat praefatus auctor Glossam, Decium, Menochium, Lofredum, Gainam, Peregrinum.

3-tio. Respondet Pasqualigus decis. 505. nro 3. ex doctrina Glossae in cap. Statuimus de consuetudine et V. Majoritas de offic. deleg. in 6 Gemini in cap. Episcopus nro 2. dis. 17. Quod Generales ordinum debeant praecedere abbates etiam haben-

¹⁾ Kiegészítendő: non Generales; sed non praecedit ratione abbatae, sed Generalatus. Ergo dignitas Generalis elevat abbatem supra alios abbates.

²⁾ Kiegészítendő: siantem est major dignitas. (L. Pannonhalmi r. levéltár. Fasc. 63: 14.)

tes usum mitrae ex supra datis rationibus, quos (!) sequitur Malechich.

4. Respondet Lezana pag. 465. Consult. 56. cum Mucantio Francisco : Generales habere locum supra abbates, neque obstat, quod in Cathalogo Concilii Tridentini referantur prius, quam Generales. Nam abbates in conciliis intersunt cum indumentis pontificalibus, unde ut personae magis solemnizatae vi habitus ecclesiastici nominantur. Quamvis ille Cathalogus, in quo ponuntur abbates ante Generales non sit authorizative confectus. Non constat proinde, nec potest dare illi ordini aliquam auctoritatem, nec servire pro regula, cum Concilium Tridentinum nunquam voluerit praecedentias definire, ut constat in allegatis.

5. Lex expressa in Corpore Iuris Hungarici pro parte Patris Generalis anno 1608. satis probat praecedentiam et prioritatem (quamvis ante hunc articulum extaret documentum literale, quod de anno 1596. de data Pragae 20. Decembris Pater Generalis, pro tunc Simon Bratulics invitatus fuerit ad publica regni comitia), quod sic declaratur : Nam existentia reverendissimorum dominorum dominorum archi-abbatum S. Martini dupliciter considerari potest in regno : ut primo inductorum et ut reinductorum (illo enim tempore, abfuerunt, membra esse nec dici poterant ; ut primo inducti sunt priores Paulinis, ut reinducti sunt posteriores tempore, privilegio, possessione. Cum ergo ut reinductis et quasi renatis serviant privilegia, quo ad sessionem diaetalem jure merito Patres Generales Paulinorum priores sessione (utpote priores tempore) privilegio, possessione esse deberent.

Summarium praxis observatae et receptissimae, quod Generales religionum praecedant abbates regulares.

1. Refert Contilor opusculo de Praecedentia nro 65. ex lib. Dicarior. Franc. Mucant. : Cum esset orta controversia inter quendam abbatem Olivetanum, habentem usum mitrae et Generales Ordinum de praecedentia in capella Papae, Generales non interfuerunt amplius capellae, donec discedente abbate debitum sibi locum obtinuerint.

2. Ceremoniale Romanum lib. 3. sect. 2. cap. 1. De ordine sedendi in capella Papae § in capella autem — postquam facit mentionem Generalium Ordinum, concludit : sed et abbates solent habere proprium locum ultimum in ordine.

3. Reverendissimus dominus Martinus Beinlich Ordinis Crucigerorum cum rubea stella Generalis Magister in regno Bohemiae inter regulares est primus praelatus et in omnibus sessionibus praecedit abbates Benedictinos illius regni antiquissimos propter dignitatem Generalatus, ut refert Liber Processus anno 1721. impressus.

4. Impressa acta comitialia Hungarica in serie status praelatorum ponunt primo loco Generalem ordinis S. Pauli Primi Eremitae, ultimo abbatem S. Martini. †

5. Lezana Consult. 56. pag. 460. adducit abbatem generalem Coelestinorum, qui secundum Diarium Magistri Caeremoniarum in bibliotheca Vaticana repositum, postquam voluerat praecedere Generales, positus fuit post quatuor Generales ordinis Mendicantium; abbas autem Vallis Umbrosae positus est ad sedendum inferius cum aliis religiosis, licet abbas Vallis Umbrosae et Congregatio illius ordinis S. Benedicti sit antiquior valde et prior tempore Caelestina.

6. Anno 1634. die 1. Aprilis S. Congregatio Rituum sub Urbano VIII. decrevit eminentissimo Cardinale Caesarino pro eminentissimo Burgesio referente, ut Generales ordinum praecedant abbatem Congregationis S. Georgii de Alga et ab ipso non esse sollicitandos et amplius etc.

7. Eugenius IV. in epistola ad Henricum Canturiensem archi-episcopum pro Cardinalium praecedentia sic scribit: Quis etiam non videat cardinalatus dignitatem archi-episcopali majorem esse dignitate, quia cum illa privatae unius patriae praesit utilitati, ista publica totius populi Christiani. Illa duntaxat regit unam ecclesiam, ista cum Sede Apostolica universas. Ergo a pari: Quia generalatus dignitas pluribus Christiani populi serviat utilitatibus, abbatialis paucioribus, nullus non videbit, majorem esse dignitatem generalatus abbatiali, etiam ordine ad sessionem diaetalem.

8. Gregorius XIII. Constitutione IV. § 3. praecedentiam in processionibus (quae facile ad alias sessiones applicari potest) declaravit sequentibus: Qui in quasi possessione praecedentiae ac juris praecedendi sunt, ii quibuscunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus et aliis subterfugiis prorsus remotis et cessantibus et post positis praecedere debeant. Data apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 15. Julii 1583. Pont. anno 12.«

»*Replica archi-abbatis ad praemissum summarium in hunc modum.*

Eminentissime Cardinalis Serenissime Princeps et Dux, D. D. Patrone Gratosissime Benignissime. Pro superabundanti ultra rationes in replica appositas ac eminentissimae Serenitati humillime praesentatas hic adduco argumenta ex canonibus, Summorum Pontificum decretis, conciliis, usu ecclesiae, aliisque ex rationibus et fundamentis pro praecedentia generalls Abbatis ante generalem priorem solide et summarie deducta.

1. Eo ipso, quod quaestio currat inter Generalem abbatem et Generalem Priorem, jam satis patet praecedentiam deberi abbati generali, nam generalatus ratio utpote generica specificatur ab eo, cui adjacet; e. g. in statu militari generalis laidinantius praecedit generalem vigiliarum praefectum, quia communis laidinantius aliunde praecedit communem vigiliarum praefectum; ergo similiter quia abbas communis praecedit in statu regulari priorem communem, etiam abbas generalis debebat praecedere sine controversia priorem generalem.

2. Praelatus infulatus habens jurisdictionem cum territorio et insignibus episcopalibus praecedit alium praelatum non infulatum, ut habetur in cap. Statuimus de major. etc. Ex majoritate namque ornatus, quia quis uti potest, colligitur etiam majoritas dignitatis, ut dixit Domine de Son. Gemin. in cap. ut Apost. dicens: Quod plus honorandus est praelatus, qui potest uti talibus insigniis pontificalibus, quam qui non potest. Ergo et generalis Abbas Montis Pannoniae, qui utitur hujusmodi insignibus, est major dignitate Priori Generali, ergo debet praecedere ex cap. De offic. Archidiac. secundum Pelizarium, etiam et Pasqualigum.

3. Abbas Generalis praecisa etiam ratione generalatus manet esse abbas et praelatus infulatus perpetuus. Prior vero Generalis praecisa ratione generalatus manet esse de familia, ergo Abbas generalis etiam ratione dignitatum plurium praecedere debet. Quia dignitas addita dignitati confert majus praecedendi jus, ut dicit Panormitanus relatus a Navarro Consul. 1. de major. nro 7. et Pelizarius Tract. 8. c. 6. sect.4. nro 216.

4. Praecedentia inter superiores Ordinum proportionari debet ab ipsa conditione status et ordinis. Praecedentia enim, quae debetur Ordini, debetur etiam praelato Ordinis. Sed Ordo Benedictinus praecedit alios, non modo Paulinos, sed et Paulinis antiquiores et digniores ordines, ergo etiam praelatus generalis Ordinis Benedictini praecedere debet Superiorem Ordinis Paulinorum.

5. Colat. (collata?) in regnum hoc Hungariae singularia benemerita sacri Ordinis Benedictini (utpote primus apostolatus Benedictinorum, item sacra regni Corona a primo archi-abbate S. Martini regno huic allata et impetrata) exigent, ut quemadmodum sacer Ordo et archi-abbates S. Martini a primaevis Hungaris speciali dignitate praerogativa privilegisi et sessione diaetali inter praelatos a septem saeculis insigniti et dotati fuerunt, ita a modernis etiam D. D. Hungaris legitimi eorundem posteri et haeredes in iisdem praerogativis et antiquis juribus illibate conservarentur, neque concederet Ordinem ita benemeritum sine ullo demerito ab antiqua sua sede deturbari.

6. Quia jus praecedentiae est jus primo geniturae, ut loquitur Pellizarius Tract. 8. sec. 4. sub sec. 2-a nro 202. Ratio est: nam sicut inter homines primarios filiis primo geniturae plura honorifica competunt, nonnullis regularibus, utpote primo genitis ecclesiae filiis (hactenus Pellizarius); sed jus primo geniturae prae Ordine Benedictino non potest competere Ordini Paulinorum, ergo neque Superiori ejusdem ratione connexionis et correlationis ad invicem.

7. Quia jus praecedentiae seu primo geniturae (ut docet Pellizarius supra citatus et est communis canonista) quo ad ad varias religiones inter se desumitur, tum ex ipsa conditione status: quomodo ordo clericalis praecedere debet ordinem non clericalem, infulatus non infulatum, abbas Priorem etc., tum ex antiquitate primaevoae ipsorum ordinum institutionis et foundationis. Quod satis aperte indicavit Pius 4. in sua Constitutione 75., item Pius Papa 5. in Constitutione sua in ordine 71., dum declaraturus Fratres Praedicatores S. Dominici debere praecedere quoscunque religiosos aliorum ordinum posteriorum pro ratione declarationis illam unam affert, quod Ordo S. Dominici prae caeteris aliorum Fratrum Mendicantium ordinibus a Sede Apostolica primo approbatus et confirmatus fuerit. Atqui Ordo S. Benedictini (!) non modo a Sede Apostolica primo approbatus et confirmatus fuit, sed et in Hungaria aliquis saeculis prior extitit prioritae primaevoae (!) institutionis et foundationis et sessionis diaetalis. Ergo jure etiam pontificio competit eidem non modo in ecclesia, sed etiam in Hungaria jus praecedentiae seu primo geniturae prae aliis quibuscunque ordinibus regularibus. «

»Probatur argumentis etiam ex usu et continua praxi ecclesiae deductis.

1. Henricus Bottaeus in Tract. de sinod. part. 3. nro 11. et sequentibus agens de locis, quae in sedendo diaeaeanae sinodi interessentibus competunt, primum locum assignat post episcopum abbatibus. Nam abbatia, inquit, est dignitas prima post episcopalem, ut habetur in c. ut Apostolicae de privil. in 6. et notat Bald. in cap. Pastoralis et Glossa in verb. superioris de offic. delegat.

2. Andreas Piscara, accuratissimus caeremoniarum ecclesiasticarum scriptor in praxi caeremoniar. lib. 1. s. 9. c. 8. notat: quod abbatis locus tam in concilio provinciali, quam generali erit immediate post episcopos et habetur etiam in caeremoniali episcoporum lib. 2. c. 31. Ergo si locus abbatis communis est immediate post episcopos, a fortiori erit abbatis generalis.

3. Alphonsus Alvarez in Thesaur. Christian. Relig. c. 51. sect. 2. nro 24. ait: quod completo concilio cardinales, episcopi

et abbates subnotare debeant eorum nomina imponendo et suae dignitatis titulos. Ita servatum fuisse in concilio Eugenii 4. Ferrariae incepto et Florentiae completo, ut etiam refert Tamburinus de jure abbatis dis. 24. quaest. 2. nro 8.

4. Panormitanus cap. 2. nro 2. de judiciis et in cap. ex ort. nro 3. de privilegiis ait: cum in synodo oecumenica praeter episcopis (!) solum abbates et generales ordinum interesse debeant. Locus abbatum erit immediate post episcopum juniorem. Docet etiam Thomas Campega. de conciliis cap. 15. nro 17., Flavius Cherup. in compendio Bullarum. tom. 2. constit. 24. Pii Papae 4.

5. Divus Thomas 2-da 2-dae articulo 12. quaest. 21. docet: quod in decisionibus causarum magis statuendum est authoritati Papae, quam cujusvis alterius etiam S. Doctoris, sed authoritate Eugeni i Papae Quarti supra nro 3. citati, etiam Pii Papae Quarti Constitutione 75. et Gregorii 13. de anno 1580. editis bullis et statutis abbates quicumque praecedere debent generales ordinum non abbates. Ergo non obstante contraria sententia ex mente Divi Thomae et constitutionibus pontificiis a fortiori abbates generales perpetui et Benedicti(ni) praesidebunt aliis generalibus non abbatibus.

6. Catalogus Concilii Tridentini authoritative confectus (nam bullae Pii Papae Quarti non sine ratione ad calcem concilii Tridentini primo post eundem catalogum appositae omnia praeinserta confirmarunt et autorizarunt atque secundum ea, quantum ad reformationem ecclesiasticam ab omnibus judicari constituerunt) expresse satis hunc esse debere communem usum ecclesiae et ordinem, ut abbates quicumque praesideant generalibus non abbatibus, Proinde insistendo etiam authoritati concilii Tridentini sess. 25. cap. 13. praesens controversia pro archi-abbate per eminentissimum Primate[m] applacidanda veniret.

7. Pellizarius tom. 2. tract. 8. c. 6. sec. 4. nro 207. his expressis refert, ceterum de facto in processionibus (quod facile ad alia quaecunque publica applicari posset) hic ordo praecedentiae servatur: ut post canonicos et clericos saeculares primi incedant canonici regulares S. Augustini, tum monachi antiquiores, tum Fratres S. Dominici, tum Fratres Minores, tum Augustiniani, tum Carmelitae, tum alii ordines Mendicantes juxta ipsorum antiquitatem. Quod idem docet etiam Rodriguecz tom. 3. qu. 37. artic. 1.; ergo secundum usum et praxim ecclesiae ordo S. Benedictini (!) Cassinensis longe praecedere debet ordinem Paulinorum secundum illud juridicum: Si vinco vincentem te, multo magis vincam te. Lib. de accus. § de diversitate et tempore. Si enim praecedit quatuor ordines Mendicantes privilegiatos, qui sine controversia ubique praecedunt ordinem Paulinorum,

a fortiori ordo Benedictinus eundem Paulinorum ordinem et per consequens Praelatus Benedictinorum Superiorum (!) Paulinorum praecedere debet.

8. Denique Gregorius 13. Constitutione 4. § 3., item Urbanus 8. in sua Constitutione 18. Decembris 1637. edita statuit: ut qui sunt quasi in possessione praecedentiae et juris praecedendi (hoc est qui secundum concilia et constitutiones Summorum Pontificum praecedere deberent) ipsis omnino praecedant ii, qui sunt antiquiores in loco controversiae decerniturque irritum et inane, si secus super his a quocunque quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Hactenus Pontifex. Atqui hic in loco controversiae, sessione scilicet diaetali (sunt et alibi) antiquiores omnino sunt archi-abbates, ut per se patet. Ergo irritum et inane esse censendum est quid quid hactenus a Prioribus Paulinorum in praeiudicium alterius extitit attentatum.

Ex his deducitur cum Lezana cons. 56. nro 115. nihil relevare causam P. Prioris, quod in aliqua occasione aliquis archi-abbas ipsi invitus cesserit. Nam jus praelationis non amittitur eo non utendo, aut etiam patiendo aliquem praecedere, ut refert Gratianus Discept. forens. cap. 298.; imo tali juri nec tacite, nec expresse potest renunciare, ut in puncto hoc decidit Decianus Cons. 21. nro 54., Moronus Lib. 1. nro 7., licitumque sit ei resistere, qui jus praecedendi infringit, uti docet Baldus in lib. obscur. parag. antequam de officio procuratorum, et paulo post ait: Dato etiam, quod talis adesset consuetudo, nihil operaretur, cum sit contra jus commune et inscriptibilis, secundum abbatem consultatione 21. nro 4. et 5. Hactenus Lezana. Igitur Reverendissimus Prior sessionem archi-abbatibus ab antiquo debitam sibimet usurpando nullo modo praescribere potuit, cum aliunde actus quicumque juri communi et decretis concilii Tridentini contrarii pro nullis et cassatis habendi venirent.

Concludo denique cum Anacleto Rejfenstul lib. 2. in decret. tit. 12. de causa possessionis his verbis: Si utique litigantium per antea exercitos actus possessorios probaverit, possessionem obtinebit is, qui antiquiorem probat possessionem. — Ita desummitur (!) ex capitulo: licet causam 9., de probatione hac notat abbas ibidem nro 9. post Innocentium et Joannes Andreas nro 24. et Faelinus nro 9. Ibidemque tenet Bartholus in lib. si duo versu (?) circa principium §-o uti possidetis, et Maschardus de probat. cons. 200. nro 1. Item Consult. 202. nro 1. et sequentibus allegans illud vulgatum, istudque longe dilatans: Qui semel possedit, etiam hodie praesummitur possidere, stante nimirum dubio seu donec alius probaverit priorem possessorem justa ex causa amisisse possessionem, seque in eam admissum

esse, cum nemo rem suam jactasse praesumatur Lib., cum de indebito stat praesumptio pro legitimitate antiquioris possessionis. Et consequenter, quod posterior possessor non nisi propria temeritate seu vi, aut clam, sicque injuste possessionem intraverit, unde nova illius possessio, quamdiu de hujus justitia non constat, praesumitur clandestina, et Viegosa licet causam 9. §-o ex praemissis de probatione, haecenus praecitatus author. Ergo quia penes archi-abbates antiquiorem possessionem sessionis diaetalis fuisse constet, neque probetur justa ex causa aliquando eandem possessionem amissam esse: proinde stat praesumptio pro legitimitate antiquioris possessionis archi-abbatialis. Inhaerendo igitur praecitatis juribus et canonicis constitutionibus pro decisiva antiquae hujus controversiae sententia humillime supplico et permaneo humillimus servus et capellanus ejusdem Serenitatis vestrae *Benedictus* archi-abbas.«

Haec argumenta praesentavi eminentissimo Cardinali de Saxonia in mense Septembri 1722., qui reposuit ea communicanda Patribus Paulinis, ut respondeant. Sed postquam apud eos haesissent per semi alterum mensem, nihil respondere poterant, sed per D. Baronem Belovics mihi nuntiatum est, quod argumenta mea pro praecedentia archi-abbatum porrecta omnino vera essent, verum ipsi usui tantummodo ulterius quoque inhaerere vellent. Sed qualis iste sit usus, ex hoc jam patet.

Die 2-da Decembris 1722. Celebrata fuit sessio superioris Tabulae in domo domini Comitis Nicolai Pálffi, regni Hungariae Palatini, ubi vixdum consedissemus, jussus fui producere sigillum vetus archi-coenobii S. Martini, quo producto simul cum aliis literalibus documentis olim sub eodem sigillo emanatis, et informassem excelsam D. D. Procerum Tabulam, qualiter jure postliminii primus de ordine nostro archi-abbas nesciens constitutiones et privilegia S. Martini, ubi duo sigilla cum archivo sibi tradito accepisset, pro paupertate sua uti coepit sigillo minori, quod habet inscriptionem *Pax* et quinque corda. Cum tamen sigillum illud non fuisset conventuale, sed Capituli generalis secundum Cassinenses Constitutiones, nihilominus mei praedecessores per traditionem ad haec usque tempora eodem semper capitulari sigillo per errorem usi fuissent. Igitur post superatas plurimas in contrarium propositas quaestiones ab utraque Tabula, postquam easdem resolvisssem ac superassem, tandem eodem die mihi resolutum fuit sigillum articulariter renovandum, mihiq; impositum fuit, ut ad similitudinem veteris novum curarem.

(Eredetije a budapesti Egyetemi Könyvtárban. Jelzete: Ab. 68.)

Közli: DR. NÉMETH AMBRUS.

ADALÉKOK II. RÁKÓCZI FERENCZ FELKÉ-
LÉSÉHEZ

SZABOLCSVÁRMEGYE LEVÉLTÁRÁBÓL.

— HARMADIK KÖZLEMÉNY. —

135.

Károlyi Sándor Szabolcs vármegyéhez. Eger, 1705. ápr. 25.

»Commandóm alatt lévő *Tisza oldal s Takta köz*i, Ibrányi uram ő kglme ezerebeli böcsületes *katonaság* panaszképen detegálja előttem, hogy a n. vármegye bizonyos szükségeire nézve bizonyos summát imponálván, ő kglmekre is excindált, holott ugy tudom az mely böcsületes katonaság az mezei hadakban az fegyverviselésre magokat *adták (!)*, egyébiránt semmiben nem tartoznak contribuálni, hanem jövő-járó condescendens katonáknak gazdálkodása végett a szükségre nézve kinek-kinek imponáltathatik, secus nem. Kire nézve a t. n. vármegyét praesentibus akarván adhortálnom, mivelhogy másként is kglmes urunk ő nga kglmes parancsolatja az, hogy a vitézlő renden pénzbeli semminemű summát ne szedjenek, azért a t. n. vármegyét kérem tovább való onusoknak supportálásától immunitáltassanak azon *Tisza oldalon s Takta köz*in böcsületes *lakosi*. Holott pedig a t. n. vármegye immunitálni nem akarván, kglmes urunktól adatott hatalmom szerint *magam sem fogom engednem*, hogy annyira pénzbeli summáknak fizetésére kényszerítettessenek, és egyéb executioira az naturalékon kívül és condescensión kívül is a n. vármegye resolutioját elvárván.«

Fasc. 6. Act. nro 65.

136.

A fejedelem felhivja Szabolcs vármegyét, hogy a béke megkötésére vonatkozó garancziák iránt tudassa véleményét. Eger, 1705. ápr. 25.

Fasc. 6. Act. nro 148.

137.

Baranyi Miklós Szabolcs vármegyéhez. Diószeg, 1705. ápr. 28.

»Mivel már Isten áldásából az szép lengés s meleg idővel az fű is megnő, s hogy annyival is inkább a lovas hadakat egy corpusba tarthassák, füvelni széjjel nem eresztik, ahhoz képest az fűhordó szekerek bővebben kívántatván, kérem a t. n. vár-

megyét, késedelem nélkül arra való szekereket kaszákkal együtt, vagy assignatiomra ottan rendelni vagy ide küldeni méltóztassék oly dispositioval, a kik itt continuuskodjanak, el ne szökjenek, már a szegénység marhájának is fű lévén, a takarmány nem kivántatik, s marháját inkább el legeltetheti. Azonban az élésbeli quantumban lévén még ezen holnapra is restantia, kérem a t. n. vármegyét mind a restantiát, kivált a vágókban, minthogy a nélkü s igen restringáltatott a vágók dolgában mind azon következő májusra obveniálandó quotáját siessen adminisztrálni, s már egyszer a gyalogszeres, bár csak 6 emberek iránt jó dispositiot tenni.«

Fasc. 6. Act. nro. 102.

138.

Károlyi Sándor Szabolcs vármegyének. Debreczen, 1705. április 29.

»Mivel bizonyos *intimatioim* vannak, kiket is az n. vármegyével communicálnom kölletik, azért mennél közelebb való terminust praefigálni és énnékem tudtomra adni ne terheltelessék, hogy ha magam nem is, bizonyos emberemet odaküldvén, kglmes urunk, ő nga parancsolatját adaperiálván, teljes resolutioját a n. vármegyének vehessem. Ezen egy alkalmatossággal akarom a t. n. vármegyének intimálnom, hogy ha vagy *lovas és hajdú* in gremio eiusdem, városon vagy falukon találtatik, sub magna animadversione sujsák Váradhoz az táborra, s az lézengőket és tolvajkodókat semmiképen meg ne szenvedjék, hanem persequálják.

»Az t. n. vármegye az sáncznak confusioja után mind haza szállván, meg volt immár hagyva Palocsay György öcsém uramtúl, hogy ő kglme commendója alá menjenek vissza, de még eddig is elmulatta, hanem se napját, se óráját nem várván, mennél előbb oda gyülekezzenek.«

Fasc. 6. Act. nro. 72.

139.

Bercsényi Miklós elrendeli, hogy palatinalis porták szerint 4—4 hajdút állítson ki a vármegye. Nyitra, 1705. április 29.

»Akarám a n. vármegyét is praesentibus intimalnom, hogy az felől említett palatinalis porták rendi szerint ezen n. vármegye maga nro 134^{1/2} portáihoz képest erga singulam per 4 hajdones számlálván, magára jutott 538 hajdúnak előállítását minden késedelem nélkül obtefvata proportione in gremio sui confectarum portarum effectualni el ne mulassa. Kiknek is alkalmatos tiszte-

ket praeficiálván, egyszersmind oly dispositiot is szabni ne terheltessék, hogy azon gyalogság fizetése is (kinek tabellájátinclusive extractualiter meg is küldöttem) minden kérdés nélkül meg lehessen.

Tetszett a méltóságos fejedelemnek a gyaloghadakat is ezerekre szabni, és a n. vármegyét habita reflexione vicinitatis egy-egy regementre együvé vetni. Tudhassa azért a n. vármegye, hogy a végre n. Szatmár, Ugocsa, Bihar és Arad vármegyékkel összevettett.

Azért is az egyéb hajdúságon és azok tisztein kívül az stabnak menstrualis fizetésére is proportionaliter concurrálni kölltven, az összevettett n. vármegyék tehetnek könnyen magok között is subdivisiót, kinek-kinek portaihoz képest mire megyen menstrualis pénzbeli concursusa.

Azon összevettett n. vármegyéktől provenialó gyalog ezereknek főkapitányságára az méltóságos fejedelem kit méltóztatik decretalni, veszi eziránt parancsolatját ő ngának, nem különben az utána való főtiszték iránt is.

Egy commissariust is azon ezer mellé constituáljon (a n. vármegye).

Külön mellékleten : »Lista solutionis militiae pedestris ordinis. Főkapitány 60, viczekapitány 48, főstrázsamester 36, kvártélymester 17, káplány 12, adjutant 17, tömlöcztartó 14, borbély 6, Summa vb. fl. 210. Caeterorum domnorum officialium et gregariorum : főhadnagy 21, viczehadnagy 15, zászlótartó 12, strázsamester 9, dobos 4.50, *furrér* (!) 6, tizedes 4.50, hajdú 0 (!).«

Fasc. 6. Act. nro. 57.

140.

Károlyi Sándor Szabolcs vármegyétől szekereket és vágómarhát sürget, Debreczenbe 15 nap alatt. Debreczen, 1705. április 30.

Fasc. 6. Act. nro. 10.

141.

Orosz György Szabolcs vármegyéhez. Debreczen, 1705. április 30.

Minden 3 porta után minden helyisegek és t. n. vármegyék egy szekeret 4 ökrével készíttessenek, úgy minden porta után egy vágót, mely vágó másfél mázsás legyen, administráltassanak.

A t. n. vármegye 135 portája után 45 szekér, 135 vágómarha, melyet is két hetek alatt elkészítvén, rendeljen egy bizonyos commissariust, ki itt Debreczenben jelen legyen.

Fasc. 6. Act. nro. 107.

142.

A fejedelem Szabolcs vármegyéhez. Eger, 1705. május 2.

»Az nemes vármegyének intimáljuk : in gremio sui az holott porták és veredariusok vannak, mindenütt az porta lovak számára füvelésre és kaszálásra való szükséges és elegendő rétet . . . a végre exmittálendő szolgabirája álta excindáltasson és assignáltasson.«

Fasc. 6. Act. nro. 145.

143.

Baranyi Miklós élelmezési biztos Püspökiben, 1705. május 5. kelt levelében az elmaradt és esedékes élelmet sürgetvén, ezeket írja Szabolcs vármegyének :

»Kglmes urunk ő nga feles hadakat commandérozván ezen n. blogvadában (t. i. a váradiban), olyan szorongatásban van az élés nem léte miatt, minden napon kénytelenítettik kiosztani.«

Fasc. 6. Act. nro. 21.

144.

Szabolcs vármegye kérelme a fejedelemhez. 1705. május 7.

Kéri, hogy a porták számát 127-ről szállítsa le 100-ra s a porták után kiállítandó hajdúk számát annak arányában vesse ki a vármegyére. Mivel a megyei nemesség jó része a mezei hadakban szolgál, kéri a gr. Bercsényi Miklós által kivetett 240 főnyi zsoldos katonaság létszámának leszállítását. Ezeket elutasítja a fejedelem. A restauratoria vonatkozólag pedig utasítja a vármegyét, hogy a táborban restaurálja a széket, ha a zsoldosokat ki nem állítja.

Fasc. 6. Act. nro. 129.

145.

Szabolcs vármegyéhez intézett, aláírás nélküli levél. Ecsed, 1705. május 9. (Károlyi Sándor levele.)

»Mivel nemzetes Pávai János secretarius uram leérkeztvén, általa kglmes urunk *Szatmárnak* demolitioját s *Ecsednek* restauratioját kegyelmesen resolválta és committálta, melyet már becsületes követjei által a t. vármegyének intimáltam is, mindazáltal ex super . . . intimáltatik, hogy pro die 25. huius az rája obveniált 400 gyalogszeres ember ásóval, kapával, fejszével,

egyszersmind számára kenyérnek való liszttel együtt, minden személyre harmadfél köblöt, s ugyan fennálló szekereket 35, négy ökrével bizonyos béresektül Ecsedben előállítani admaturáltassa ; a gyalogszereseknek decz. 15. egy szekérnek 1 forint leszen készpénzül fizetése.

Mivel peniglen Kálló várának bizonyos része még fenn vagyon, az mely faluk vakmerőségekbül még hozzá sem fogtanak részekhez, n. vármegye megbüntetvén, demolitioját admaturálja s már nagy része a vármegyének elvégezvén rajta való munkáját, bizonyos deputatusit expediálja t. nemzetes Galambos Ferencz szatmári kapitány uramhoz ; ki is Szatmárban jutandó részét n. vármegyének excindálván aztat is ossza fel demolitiojához, infallibiliter pro prima januarii hozzá fogasson.

Az porták után való 4—4 hajdúknak felállítására tovább semmiképpen ne haladjon, ámbár n. vármegye portáiban defalcatiót praetendál is ; legalább az mennyi obveniálhatna, azt effectualja.

Hasonlóképpen loco personalis insurrectionis az 80—80 személybül álló két (*miért nem három ? v. ö. Bercsényi április 20-iki rendeletét*) sereg lovast is.«

»Mivel az hadak számára kglmes urunk annonát parancsolt kglmesen szerezni, azért az n. vármegyében lakozó uri nemesi rend hazájához való szeretetbül succurráljon, kiszabott ára a rozsnak cum vectura Debreczeni fl. 1.60, kassai köböllel az búzának penig fl. 2.40. Hány ezer köbölre *töltheti* penig a n. vármegye mind *magamot* (!) s mind commissarius uramot, informáljon, administratiojához hova hamarébb fogjon.«

Fasc. 6. Act. nro. 123.

146.

Károlyi Sándor Szabolcs vármegyéhez. Berettyó-Újfalú, 1705. május 14.

»Az felső holnapokban való hadakozásunknak szerencsétlen sorsa által hazánk s nemzetünk mellett fegyverkező n. Ibrányi László, Gencsy Zsigmond és Nyiri András kapitányok ezerei megesküdt ellenségünkre ütven, reménytelen fordulván kockájok, felesen gyaloggá maradtanak, ki miá az hadaknak és seregeknek nem kicsiny csorbája és csonkulása esett. Mindazonáltal mind ennyi károk és szerencsétlenségek után is, valakiket Isten haza hozott és életben megtartott, nemzetek mellett tovább is fegyverkezni és véreket ontani készek, hanem *lovatlanságok* miatt kötelelességeknek hogy meg nem felelhetnek, kénytelenítettnek széllal oszlani.

N. vitézlő Visky János maga vármegyében szedessen alkalmazatos lovakot, nro 40, kiket is ha szintén egészben, az mit érne, meg nem fizethetne is, mindazonáltal nagyobb részént az árát megadja.«

Fasc. 6. Act. nro. 70.

147.

A fejedelem közli Szatmár lerombolására és Ecsed restaurálására vonatkozó rendeletét s utasítja a vármegyét, hogy Károlyi Sándortól várja az erre vonatkozó utasítást. Eger, 1705. május 14.

Fasc. 6. Act. nro. 109.

148.

Károlyi Sándor Szabolcs vármegyéhez. Berettyó-Ujfalusi tábor, 1705. május 18.

»Mint hogy tekintetes nagyságos Palocsay György öcsém uram ő kglme Oláh Mihály nevű főstrázsamesterét expediálta vala a nemes vármegyében, hogy az kívánt felállítandó katonaságnak kihajtására az n. vármegyét adurgeálja, kiben 120-nál többet az n. vármegye nem ígért, említett öcsém uram pedig 160-ban határotza meg. Ezt el akarván mellőzni, ragaszkodott az n. vármegye az personalis insurrectiohoz. Mivel pedig kglmes urunk ő nga determinatioja szerint, a n. vármegye facultásához képezt, minden porta után két jó fegyveres lovas katonát, nemcsak az haza mostani szolgálatjára nézve, de jövődöben is, hogy azon szolgálatban meg maradjanak, tartozik fel állítani. Erre nézve az personalis insurrectionak meg kell lenni, de az porták után való katonaság felállításának és elmaradni egyáltalánfogva nem lehet. Most vévén eziránt újabb parancsolatját kglmes urunknak ő ngnak, akartam az n. vármegyét praesentibus serio adhortálnom, hogy ezen porták után való katonaságnak jó készséggel való felállítását admaturálja.

Ezen katonaságnak pedig mind mündérjnéak, s mind hópénzének s fegyverének, lovának a n. vármegyétül kellekik kitelni.

E mellett úgy informáltatom, hogy az hajdúvárosiakot, s az Tisza mentében való helységeket, az honnan *néhai* Ibrányi uram ezere jobb részint áll, s más ezerekben is vannak, non obstante eo, hogy eleitül fogva az mezei hadban ezerekben az haza szolgálatjában voltak s vannak, s az n. vármegye az insurrectióra kényszeríti, vagy is gyalogsoldos fogadására. Kglmes urunk ő nga determinatioja szerint pedig valakik eleitül fogva ezerekben

szolgáltak, sőt hópénzt is vettek, azon ezerekben kellett maradni. Kihez képest a n. vármegye eféle szolgálatban foglalatostkodó helységeket semmiképen háborgatni ne merészelje, mert valaki executiora odamenvén, közben akad, ha érdeme szerint való jutalmát elveszi, magának tulajdonítsa.«

Fasc. 6. Act. nro. 29.

149.

A fejedelem a sóvámra vonatkozó rendeletét közli Szabolcs vármegyével. Eger, 1705. május 18.

»A n. vármegyének serio intimáljuk, mind vizen s mind szárazon a kiknek in gremio comitatus vámjok vagyon, kinek-kinek praetendált vámjokat megvizsgálván és ab origine usuque longo et pacifico deducálván, az holott és kiknek törvényes privilegium szerint való vámjok vagyon, egyszersmind azon vámjokon eleitül fogva, miként szokott a vám exigáltatni, mind arrul, mind pedig micsoda modalitással köllessék az illetén vámok körül való illegalitásokat és rendeletlenségeket a kereskedés szabadosabb cursusára orvosolnunk, a n. vármegye hova hamarább ezek iránt genuina informatioját maga opiniojával együtt küldje hozzánk.«

Fasc. 6. Act. nro. 149.

150.

Károlyi Sándor Szabolcs vármegyéhez. Berettyó-újfalusi tábor, 1705. május 22.

»Hazánk szüntelen való szolgálatjára kglmes urunk ő nga determinatioja szerint az parasztság részéről minden porta után felállítandó *négy gyalogot*, és az nemesség részéről minden porta után *két jó lovas* s fegyveres katonát hova hamarább felállítani igyekezzék.

Várom az n. vármegyének arrul is informatioját, t. i. egész lisztáját n. vármegyének, investigálván a mennyire lehet, hány vagyon n. tagjaiból az mezei hadban, hányan estenek el és az n. vármegye közé kik ültek mostan fel? Mindezeknek specificatioját, úgy azoknak is, kik otthon maradtanak, mi okon maradtak el? Mivel kglmes urunk nemine excepto determinálta. Engemet a n. vármegye tudósítani el ne mulasson.«

A levél többi része commissariust kér a szekerekhez, a lézen-
göket s tolvajokat üldözni, a havi elszámolást sürgeti és embereket kér Szatmár lerombolásához.

Fasc. 6. Act. nro. 111.

151.

A fejedelem Bessenyei Zsigmond szabolcsi alispánhoz. Egri tábor, 1705. május 23.

»Kglmed két rendbeli levelét vettük, a kik azon n. vármegyéből udvari szolgálatunkban vagynak, meglévén itten rendes fizetések, a zsoldos állításba kglmed csak procedáljon ellenek. Ami illeti a szegénység lamentatióját, mivel amint a tisztek számadását vizsgáltuk, azt inkább rendeletlenségből, hogy sem a felettébb való teherviselésektől látjuk következni, úgy is nem hogy superflue való erogatiók volnának; de most is restantarius a n. vármegye; mely okon is hogy eximáljuk ezen onustul, teljes lehetetlenség.

Mindazonáltal, hogy ha a mostani közügyhöz való készséget és szeretetet megbizonyítani akarván, azon portális hajdúkat előállítja, akkoron a relaxatiót ahhoz fogjuk accomodálni. Hogy pedig a kik mezei hadba vannak, azokat portális hajdúval terhelni meg nem engedjük, eddig való intimationkbul is megértette kglmed; melynek ha contravenial tovább is a n. vármegye és valamely kár követi miatta, magoknak tulajdoníthatják.«

Fasc. 6. Act. nro. 50.

152.

Károlyi Sándor tudatja *Szabolcs vármegyével* a tiszántúli hadak vezénylő tábornakává történt kineveztetését, egyszersmind figyelmeztetvén a vármegyét a katonák és hajdúk állításában, az élelemszállításban és a lézengő hadi nép üldözésében való kötelességére. *Túri tábor, 1705. május 27.*

Fasc. 6. Act. nro 126. (A fejedelem erre vonatkozó rendeletét lásd fasc. 6. Act. nro. 125.)

153.

Orosz György élelmezési biztos a Gyula alá szálló erdélyi és Károlyi-féle hadak számára élelmet sürget. *Debreczen, 1705. május 30.*

Fasc. 6. Act. nro. 16.

154.

Károlyi Sándor Szabolcs vármegyétől újból sürgeti, hogy a szatmári várnak azt a részét, a mely a vármegyére esik, romboltassa le. 1705. juni. 1-je volt a lerombolás terminusa s a vármegye addig hozzá sem fogott. *Gyula alatti tábor, 1705. június 2.*

Fasc. 6. Act. nro. 110.

155.

Krucsay Márton kerületi biztos sűrgeti *Szabolcs vármegyétől*, hogy Ecsed felépítéséhez munkásokat s azoknak kenyeret szálítson. *Ecsed, 1705. június 3.*

Fasc. 6. Act. nro. 120.

156.

Galambos Ferencz, Szatmár kapitánya *Szabolcs vármegyétől* Ecsed felépítéséhez szükséges munkásokat sűrgeti. *Szatmárból, 1705. június 3-án.*

Fasc. 6. Act. nro. 119.

157.

Károlyi Sándor levele Szabolcs vármegyéhez. Gyula alatti tábor, 1705. június 8.

litteras haereditarias super ipsam domum habitas et emanatas, insignum invagationis, ad manus pecuniam accommodandam assignaverit usque ad certum tempus per partes deliberatum, in quo ipsam domum redimere debuisset, in ipso termino elapso, si ipsam domum redimere noluerit, aut non curaverit. Ex tunc litteras ipsius civitatis super ipsam domum emanatas, vigore cujus ipsa domus jure haereditario fuerit possessa. Ter in tribus terminis in iudicio iudicis pecuniarum exhibebit. Et pro qualibet exhibitione singulos 40 denarios Iudici persolvat. Notario vero isingulos 40 denarios pro sua intitulatione, quam facere debet in librum iudicis pecuniarum persolvat. Quibus sic habitis iudex pecuniarum intimet, ut ipsa domus in tribus quindenis dierum, faciendo 45 dies (!) spatia, in simul computatis, redimere debet, quae si faciet bene quidem, et ipsa littera invagationis super ipsum domum emanata redimente restitui adjudicetur. Si autem ipsi termini insoluti praeteribunt, tunc ipsa domus, si est lapidea, tunc eam (!) magistris lapicidis conscientiose aestimetur. Si est lignea, per magistros carpentarios, quo assumptis certis concivibus, similiter aestimetur, et post aestimationem, personae domum invagiantis, iterum tres quindenos : sunt pro termino consignandi, et infra illud tempus ipsam domum redimat vel vendat. Si facere hoc noluerit, vel nequiverit : Tunc juxta aestimationem ipsius domus Actor in domum ejusdem per duos juratos cives inducatur, et cuilibet juratorum Actor vel qui in dominum domus statuitur solvet pro testimonio unum florenum auri. Residuitatem vero super eminentem summam, si qua in aestimatione resultaverit, Actor post statutionem in 3 quindenis Attracto paratis in pecunijs deponere tenebitur. Si autem ipsam summam Attractus levare contempserit, tunc eam ad manus iudicis pecuniarum assignabit. Si quis autem primorum illius domum invagiantis attracti ipsam domum redimere, aut pro summa aestimata emere voluerit, eidem ipsa domus adjudicetur. Quibus si caruerit, si vicini ipsam habere voluerint, similiter ipsis pro summa aestimata adjudicetur.

A. 18.

De rebus immobilibus impignoratis, absque aliquo testimonio, et de processu earundem.

Item si quis domum absque aliquo testimonio simpliciter et de plano, solum singulariter uni personae pro quadam summa pecuniarum invagiaverit accommodans. nullum affectans habere in eo testimonium : confidens de probitate ipsius, cui ipsa summa accommodatur praefixo pro hoc certo termino solutionis, et ipso

termino insoluto praetermisso, Accomodans pecuniam suam rehabere volens, ipse surda aure cui accomodaverit protransiens, super eo opprobrijs et verbis contentiosis obvians et allegans: Non habes expensas ullas nisi solum istas, optat tibi habere, ego non habeo, pro nunc mediante. Quam solutionem sine impensis, si vis expectare, reddam tibi: sin autem procederis per viam juris: Accomodans accedens personam iudicis proposuerit causam de facto, de commissione iudicis Attractus utatur, prima, secunda, tertia vice. Si Attractus non comparuerit, Actor ipso facto obtinebit. Sin autem paruerit, et receperit terminum respondendi; habebit is dies termino respondendi, ipso termino occurrente, si Attractus negaverit, ex quo nullum testimonium super eo habeatur: solo suo juramento attractus in proximo Juridico termino sequenti se purgabit.

A. 19.

De pecunia accomodata mutuo super literas haereditarias rerum immobilium loco vagij, et per ipsum debitorem negata.

Item, si quis civium accomodans aliquam summam, et insignum suae accomodationis literas civitatis super domum suam, vel vineas sonantes attulerit, dicendo: Ecce ego tibi pro tanta summa pecuniarum insignum restitutionis loco istas literas pro fixo termino solutionis. Termino occurrente insoluto permanente, accomodans pecuniam iudicem adeundo declaret seriatim causae processum. Qui Attractus citatus Actore ipsas literas juri praesentante proposito propterea quia tantam pecuniam accomodasset et insignum vagij ipsas literas haereditarias sibi invagiatas esse declararet. Attracto autem respondente, quod non sed ipsas literas sibi causa conservationis, et sub specie restitutionis eidem assignasset. Actor debeat suo juramento affirmare in proximo termino juridico, quia ipsae literae pro ipsa summa, pro qua declarabat sibi fuissent, et essent invagiatas. Tunc Attractus tenebitur Actori satisfactionem impendere.

A. 20.

De rebus mobilibus ad conservandum datis de quibus aliqua pars negatur, aliqua non.

Item. Si quis concivium aut quispiam hominum, certam summam pecuniae, seu alias res quascunque mobiles causa conservationis, et sub speciei restitutionis alicui assignaverit, et ipsas successu temporis rehabere voluerit, et eidem partem restituerit, et residuam partem negare praetenderit, hic autem ad-

probare potuerit; tunc persona qui ad conservandum dederit, quantitatem illarum rerum, suo juramento solo, quanta fuerint affirmabit. et sic Attractus vel conservator solvere tenebitur cum effectu.

Art. 21.

De rebus mobilibus ad conservandum datis absque aliquo testimonio.

Item. Si quis res suas quascunque mobiles ad conservandum dederit, nullo facto testimonio sufficienti, partesque per viam juris in praesentia Judicis et Juratorum in termino juridico comparuerint. Proposito per Actorem quoquomodo certas res suas Attracto ad conservandum dederit, sub specie restitutionis. Attracto negante, idem Attractus se purgabit in proximo sequenti termino juridico, solo suo juramento super eo, quod de rebus Actoris in sua facultate nihil habuisset neque haberet.

Art. 22.

Quod compositio arbitrorum in suis juribus conservetur, non obstante, quod aliqua partium contradiceret.

Item. Si quispiam concivium vel cujuscunque status hominum in praesentia judicis vel juratorum civium, super artis rebus cujuscunque materiei existentibus contenderent, et demum in arbitros conscenderent. Sopitis causis per arbitros, et si qua partium ipsi arbitrariae compositioni contrariae protenderet, testimoniorumque illorum arbitrorum valorem habere nollet. judex seclusis partium contentionibus, arbitros habere debet ad sedem eorum Deo debitam, requisitos de conditione. Et articulos ipsos ipsius arbitr(ar)iae compositionis, et prout constientiose retulerint in suis viribus, judex tenere debebit. Et partes eas ad conservandum compellere et adstringere.

A. 23.

De vestimentis novis invagiatis, quae per tineas, et alijs modis sunt destructa per conservatorem vagii.

Item Si quis vestimenta sua invagiaverit, et ipsa de novo sarcita fuerit, accomodans ipsa vestimenta negligenter servando, pertineas demoliri permiserit, per se vel per suam familiam ipsa ferendo destruxerit, quod si probare poterit, accomodans tenebitur valorem ipsius vestis, quam invagians fide sua mediante Deo debita retulerit, ex integro persolvere. Si autem probare non potuerit, tunc accomodans solo suo juramento, ipsa vestimenta suo modo esse prout fuerant, in proximo termino juridico

sequenti; juramentum tenebitur facere, et sic invagiens accommodati tenebitur satisfactionem plenariam.

A. 24.

De invagiente rem sibi ad conservandum traditam, et demum perditam fuerit per conservationem, per accumulationem usurae.

Item Si quis civium rem alterius eidem ad conservandum traditam invagiaverit. Si inter christianos vel judaeos, et ipsa perditam fuerit, per accumulationem usurae, aut quibuscunque causis intervenientibus. Si ipsae partes concordare nequiverint, et super eo contentiose in praesentia judicis comparuerint, tunc persona qui ipsas res ad conservandum dederit, valorem ipsius rei vel rerum, in proximo termino juridico sequenti solo suo juramento tenebitur affirmare, et sic per judicem compelletur persona rea ad satisfactionem plenariam.

A. 25.

De rebus assignatis alicui a petente, ut aliquam suam pecuniam sibi super dictis rebus inveniat.

Item. Si quis hominum alicui civium res certas assignaverit, petens ut ille in sui favorem, certam quantitatem pecuniarum insignum vagij super res exquirendo inveniat. Et ipsae res per quemcunque modum deperderetur et si partes suo modo fuisse faterentur et super eo contentiose in praesentiam Judicis devenirent, auditis partium propositionibus et responsionibus ut promittitur factis. Tunc ipsae res ex quo per voluntatem Actoris et ad petitionem suam fuerint invagiatae, damnum illarum rerum solus patietur. Attractus pronunciabitur liber et absolutus. Si autem nullum testamentum habebitur, neque ipsi soli et per se fatentem, et per autorem, Attractus inculpabitur in eo quo ipse easdem res non ad impignorandum, sed ad conservandum dederit. Attracto testante se ipsas res habuisse, sed de commissione ipsius Actoris invagiasse. Actor solo suo juramento in proximo termino juridico tenebitur adprobare: quia non ad invagiandum, sed ad conservandum eidem dederit, et assignaverit, et sic Attractus ad satisfactionem compelli debet.

Art. 26.

De rogantibus ab aliquo argentum aut alia clenodia utenda, quae deinde dolo, ipsa venditioni exponunt.

Item si quis concivium alterum concivem adierit praeponens quoquomodo certae nuptiae celebrarentur, aut certos

haberet hospites advocatos, quibus honorem deberet impendere, et ad ea indigitet de cappis deauratis, peccarijs argenteis, vel baltheis, rogando obnixius, ut eas sibi concederet, et peractis, illis ipsis suas res ipsa die vel de crastino repraesentare vellet. Ille confidens de eo, et ut complaceret voluntati suae, ipsas res tales quales haberet, eidem ex charitate daret, sub spe restitutionis; ille vero dolo circumventus ipsas res venditioni exponeret, et modis omnibus ab eo abalienaret. De venientibus ipsis in praesentiam judicis, si se negaret habuisse, ex quo nullum testimonium ibi adfuerit, solo suo juramento in suae negationis experimentum se purgabit in proximo juridico termino. Si autem se habuisse fatebitur, valorem ipsarum rerum solvere tenebitur, juxta conscientiosam declarationem accomodantis, et propter ipsum, ut praemittitur perpetratum, in praesentia majoris judicis et juratorum civium deliberabitur, ut coeteris cedat in exemplum.

A. 27.

De mercimonijs ab aliquo incredentiam habitis, deinde receptor mercimiorum pro suis debitis solvendo alijs persolvat.

Item si quis civium certam quantitatem rerum mercimonia-
 lium a suo concive, ad certum tempus aut terminum in praesentia
 juratorum civium, se soluturum literis mediantibus, aut mani-
 festa fassione facta promiserit, et ipsas res in suam potestatem
 recipit (*perceperit helyett*). Et ab altero, cui ipse tenebatur,
 ab eo per viam juris obtento, ipsas res ab eo ipso, in suis solu-
 tionem habere voluerit, audiens creditor in praesentia judicis
 accedendo, declarato per eum quomodo ipsae res fuerunt suae,
 et ipsi nulla satisfactione super eo sit facta: Nunc altero creditore
 superveniente, res meas per me assignatas, tollere nititur, partibus
 comparentibus, persona cui ipsae res fuerunt consignatae corre-
 spondentes: domine judex fateor quod ego feci, ego ad certum
 terminum, coram juratis civibus feci, quia terminus nondum
 venit, nunc ipse me in meis negocijs damnificare praetendit;
 Supplico itaque ut ad praestolandum usque terminum per partes
 deputatum praestolari teneatur. judex tenetur illud ad obser-
 vandum illum terminum solutionis astringere, ex quo primum
 in praesentijs juratorum civium per ipsas partes conclusum
 fuerit, et illi creditori; qui causam obtinuerat per viam juris
 omnimodam de ipsis rebus impendere satisfactionem.

*De Artificibus.**Et primo.**De Sartoribus.*

Sartores debent habere confraternitatem, et confraternitas debet habere electos fratres, magistrum confraternitatis, ad quem in singulis quindenis artifices debent convenire, tractaturi de statu artis mechanicae, ut justo modo exercentur (*exerceantur helyett*).

Qui ad czecham adsciscendi.

Nullus valeat in contubernium seu fraternitatem adjungi, nisi sit bonae famaе, et ut legitime discat artem, et is qui recipitur debet solvere contubernio florenos 2. auri.

De fide cautionis.

Postquam acceptatur aliquis, debet cautionem fide jussoriam, cum honestis personis, qui infra spatium unius anni uxorem ducendo legitime se faciat patrem familias.

De mulctis artificum.

Si quis vocatus per magistros confraternitatis ex contumacia venire in singulis quindenis noluerit solvet denarios 12.

Si quis magister confraternitatis mulctam accipere noluerit, ob favorem aut aliam quamcunque ob causam, tunc talis solus magister illos 12 denarios deponere fraternitati tenetur.

Si quis ex ipsis sartoribus contumacia ductus confraternitati obedire noluerit, talis e medio eorum licentiabitur, et nullus ex familiaribus artis ejusdem tali ribaldo contumaci serviet, sub poena per magistros inponenda.

Hic etiam per magistros dispensari et dirimi debet, an idem contumax frater in gremium fratrum redire poterit per novam et solennem receptionem vel deponendo florenos 2 auri, et coram item per poenitentiam et sufficientem humiliationem.

Item per magistros limitetur, de quibus laboribus, famuli ipsorum valeant sibi ipsis ad bibalia recipere.

De ara confraternitatis.

Item habeant unam aram in ecclesia parochiali, et adminus in quindena missam unam celebrari faciant, cui interesse omnes debent. Si qui autem venire neglexerint, solvere tenentur mediam libram cerae, vel denarios 6.

De artificibus circumforaneis.

Quod nullus praesumat absque scitu et voluntate magistrorum, quia per tales civitas despoliatur, cum tales tollunt fructum, et nihil per eas committi contribuitur. Cumque marsupium impleverint transferunt se ad alia loca moraturos.

De artificibus temerarijs.

Item si qui temerarie laboraverint, magistri confraternitatis accedant iudicem et juratos, et ipsius iudicis praemissa, omnes talium labores, quos apud illos invenerint, auferant, et talem contumacem insuper captivitate mancipent ad terminum iudice revidendum. res autem tales quae a talibus temerarijs accipiuntur, in duas partes dividantur, una pars confraternitati, secunda vero iudici civitatis pro tempore constituto dari debet.

De festis ipsorum.

Item quod ipsi Sartores cum ipsorum familijs in festo Sacri Corporis Christi processioni, cum suis candelis, floribus et ornamentis interesse debent et teneantur modis omnibus. Sed quia ejusmodi pompae superstitiosae et idolatricae in ecclesijs repurgatis abolita sunt, loco illarum iisdem artifices aliquid aliud per magistratus et ecclesiae pastoris iudicio perficiant quod vergat ad gloriam Dei, et ornatum diei festi.

De pellificibus.

Notandum est quia pellifices debent habere confraternitatem; et confraternitas debet habere duos magistros superiores, et isti magistri debent juvare iudici, Juratis et toti comitati, quod ipsi fideliter et juste volunt laboribus suae artis praeesse in omnibus.

De emptione Cutium.

Quandocunque pelles venales advectae fuerint pro ipsorum laboribus isti duo magistri emere debebunt, et inter eos distribuere aequaliter, vel pro facultate cujuslibet.

De famulis seu socijs.

Si famuli artis ipsorum advenerint, illi debebunt ad superiores magistros venire, qui eos debeat (!) dirigere, et destinare ad alios magistros absque respectu personarum.

De hospitio sociorum.

Quod nullus absque scitu magistrorum superiorum aliquem socium acceptare debeat, sub poena per ipsos imponenda.

Iterum de emptione cutium.

Quod nullus concivium qui ipsam artem ignorat valleat (sic !) pelles pellificibus aptas emere, nisi primum pellifices ad suos labores sufficienter emerint.

De socijs privatim servatis.

Nullus civium praesumat sibi per familiares socios pellificum domi facere privatim sub amissione pellium et masinearum. Ille autem familiaris socius qui laborat apud aliquem civem, debet a civitate licentiari.

DE RIXIS.

Si quae rixae verberosae inter eos exortae fuerint, primum magistris suis debent narrare : si complanari poterit bono modo, bene quidem, si non, ex tunc accedant iudicem civitatis. Exceptis tamen livoribus plagis et(et) sangvinum effusionibus, vulneribus, mutilationibus, et homicidijs, Item dehonestationibus, seu famam laedentibus casibus. Quae singula solus iudex civitatis, habebit et debebit discernere.

De magisterio adipiscendo.

Nullus pellificum vel aliorum mechanichum valeat adipisci magisterium, nisi cum consensu coeterorum magistrorum, ita ut primo sit dignus. Secundo ut solvat ad confraternitatem, juxta limitationem magistrorum.

De ara ipsorum et festis.

Quod ipsa confraternitas habeat unam aram in qua cultui divino adsint cum officijs missarum. Et in festo Sacri Corporis Christi, cum suis candelis, floribus at alijs ornamentis intersint processioni.

Emptio pellium per cives.

Quicumque civium pro subductura suarum vestium pelles emere voluerit, aut familiae suae, liberum erit illis quantum voluerint, tam sibi ipsis, quam familiae suae emere. Hac tamen conditione, si primum pellifices pro suo artificio emerint, tunc demum pro se et pro familia sua cives emere poterunt. Imo

et insuper quidquid super fuerit, id totum liberum erit cuicumque ex civibus emere, et pro privato lucro servare.

De immatura cute.

Si quoscunque immaturos labores fecerint, contra jura et stabilia artificij. Tunc judicem civitatis debent accedere, et tales res ipsi Judici tenentur praesentare. Qui judex ex parte talium artificum falsariorum debet justitiam administrare.

DE FABRIS.

De socijs fabrorum.

Volunt fabri pro jure habere. ut famulum seu servum et proporciatum cui solent ad singulas hebdomadas vel menses, aut aliquem certum terminum solvere. Nemo ex magistratis audeat circa se talem tenere vel acceptare, qui quoquomodo aproporciatus reliquisset suum dominum priorem, sive per seductionem alterius magistrati, vel cujuscunque hominis, sive ex temeraria voluntate sua, non curante neque expectante terminum constitutum, nec curante etsi magistratus suus solvisset illi ante terminum constitutum vel non. Quia si quis magister testimonium producere posset, contra alterum magistrum, talem famulum inconstantem apud se tenentem vel acceptantem, eo facto convincetur in amissione sui magistri. Item si talis famulus ab una civitate recedere voluerit, ad alia loca vicina, habet facultatem discedendi. Sed si temporis in processu idem famulus inconstans reverteretur mansionis causa, circa aliquem fabrorum, tunc nequaquam acceptari debet a quoquam magistrorum, quam diu czeheorum duravit, et hoc propter temerariam et in ordinatam recessionem. Si autem quis ex magistris eum acceptaverit poenae promissae subjacebit eo facto.

De discipulis.

Ipsi magistri fabri quando discipulum assumere voluerint, tunc usque ad annum debent ipsum apropiare non ad hebdomadam vel mensem, non curante et si idem discipulus studisset prius uno vel duobus annis vel etiam tribus extra czecham eorum. Quod si autem idem discipulus ante tempus conventionis a suo domino discesserit, seductus tamen per alium magis quam sua temeraria voluntate, eidem poenae supra dictae de socijs subjacebit verum tamen si aliquis discipulorum rationabili de causa ante annum vel tempus conventionis deputatum recedere cum scitu et consensu magistri sui voluerit, tunc libere poterit, et pro legitimo discipulo semper reputabitur.

De laboribus.

Quicumque civium vel hominum ad aliquem magistrum czehae portaverit, ad parandum aliquam rem suam, puta, ligonem, securim, equum soleare, vomerem et similia, et jam ipse magister incepisset laborare rem illius hominis: tunc ille homo cogitans secum divisum aliquid, rem eandem ab eodem fabro acceperit, et ad alium fabrum rem ipsam imperfectam ad reparandum et perficiendum detulerit. Talem rem imperfectam nemo magistrorum acceptare debet, sed ad priorem magistrum eandem perferre remittat. Si aliud fecerit, et eandem rem acceptaverit, contra voluntatem prioris magistri, ex tunc talis magister convincatur in amissione sui magisterij: ita tamen si testimonium perhibere potuerit ille prior magister contra istum. Quod si vero ille homo qui dedit rem suam ad reparandum fabro tamquam non valentem non dilexerit, debet rem illam ad magistrum czehae deferre, et ostendere vitium rei praeparatae. Ubi idem magister czehae debet cum aliis magistris sufficiens iudicium et justitiam administrare illi homini ex parte rei male dispositae vel paratae.

De debitis pensandis pro labore.

Si quis nobilis, rusticus, vel cujuscunque conditionis atque status, aut officij homo fuerit, et suas res fabro alicui parandas dederit, ipse tamen non solverit, cum tamen faber soepius eum de solutione peteret et sollicitaret, ille autem solutionem vel recusaret vel protraheret, interea vero suas res ad parandum alijs fabris deferret similiter reitorie sub spe solutionis. Tunc ille prior magister cum alio magistro debet accedere ad illum secundum fabrum, ad quem ejusmodi homo res suas dedit ad reparandum, et inhibere laborem debitoris donec eidem satisfecerit. Quod si vero ille secundus faber non curans inhibitionem laborare perrexerit, tunc magister contubernij cogere debet talem temerarium, magistrum ad satisfactionem priori magistro non curanti debitorem illum iniquum.

De labore Reipublicae praestando.

Si iudex vel profectus (*prefectus helyett*) civitatis jusserit atque mandaverit toti contubernio, aliqua ferramenta pro Reipublica: utilitatem facere. Tunc ipse magister czehae, cui indicatum de eo labore est, debet alijs magistris intimare, ut ad talem laborem communem omnes conveniant, et omnes intersint, sub birsagio super eo per magistros facto deputato.

De fabris extraneis.

Fabri extranei nunquam sint liberi percompositos (?) labores ad civitatem vendendi causa importare, nisi in liberis nundinis. Quod si quis eorum facere temere noluerint, magister czechae habet facultatem recipiendi ad se omnes res illas, et in perpetuum ab eo alienandi.

Qui labores a fabro vendi debeant.

Artifex civitatis quilibet sit liber laborare et vendere labores sui artificij, non autem labores alieni artificij, ut calcaria, supra pedes, et alia hujusmodi qui pertinent ad seratores. Et contra seratores non sunt liberi similiter illa laborare et vendere, quae ad fabrorum, officinam spectant.

De emptione Carbonum.

Quicumque carbones ad forum portaverit, debet ad theatrum portare, et ibi vendere non extra theatrum. Et cui ex magistris placebit tunc in theatro comparet, non extra theatrum. Deinde persoluto praecio carbonum ad suam domum duci faciat, et non imponi ad locum ubi sunt alij carbones, sed in alio quovis tuto loco, ubi aqua vel pluvia non perveniet. Et si qui ex magistris fuerint indigentes carbonum, veniant ad illum magistrum vesperi, et dividant carbones inter se, ad tot portiones quot personae ibi erint, et quilibet solvat emptori praecium suae portionis. Vel si ad aliquid domos, duas vel tres quispiam emerit carbones, poterit emere et reservare ad vesperam, et partiri inter eos, quorum nomine emit. Et tunc sive venerint alij fabri sive non, illi tamen praesenti ipse emptor unam portionem ex carbonibus pro portio dare tenetur. Si autem nullus venerit usque ad vesperam, liberum erit emptori omnes portiones pro se retinere, et in suum locum omnes carbones reponere. Sive vero talis magister emptor carbonum ante vespas imposuerit carbones ad locum ubi alij carbones sunt sui, et non expectaverit magistrum ad deputandum tempus, ex tunc alij magistri ex czecha liberi sunt excipere ipsos carbones de domo ipsius fabri, simul cum prioribus carbonibus et partiri inter se, nec ullam portionem dare illi fabro, et is faber praecium carbonum simul sustinere oportebit in amissione damni.

De creatione novi magistri.

Quicumque in contubernium magistrorum intromitti optat, prius per magistrum probari debetur, utrum sit dignus officij (*officio helyett*) magistri vel non. Et si sit idoneus, ex tunc ad

cistam czechae 3 florenos auri boni et justi ponderis debet introdare. Medium autem florenum ipsi magistro contubernij et decano similiter. Item cerae 8 libras ad czecham, et unum prandium prae tota czecha parare debet lautum et honestum.

De convocatione fabrorum.

Quando magister czechae convocat omnes fratres in domum suam, vel in alium quemcunque locum deputatum, et ibi aliquis eorum alterum verbis turpiosis attinget, ex tunc talis tribus pintis vini convincatur de facto contra patientem. Si autem aliquis eorum ipsum magistrum czechae verbis jurgiosis homo contra ipsum magistrum in sex pintis vini convincatur de facto: Sin vero ipse magister czechae vituperat aliquem ex magistris, turpibus verbis, tunc idem similiter in sex pintis vini mulctari debet de facto.

De mulcta non venientium ad czecham.

Si aliquis in convocationem praefatam intrare noluerit ausu temerario, vel ex negligentia, talis magister contra decanum convincatur in denariis pro birsagio, nisi se rationabili causa excuset. Et si quis magistrorum licentiam habens a decano, peregre profectus fuerit, poterit abire, sed proventum czechae etiamsi abierit deponere tenebitur.

De defectu Carbonum.

Si magister habens famulum, carbones nullomodo poterit (kimaradt: *habere*) per hebdomadam, vel etiam plures dies, et interea otari cum famulo oporteret, tunc famulo nihil solvet, nisi ei dabit cibum et potum.

De funere.

Si quis magistrorum defunctus fuerit item in domo alicujus magistri quispiam, ut puta: puella, discipulus, filius vel filia, uxor, magistri an decesserit, omnes magistri ex suis domibus interesse omnino tenentur in funere sub poena a tota czecha instituta, Quod si vero famulus eorum pauper, vel quiscunque ad eorum czecham pertinens inops, decesserit, de pecunia totius czechae a pulsu, sepultura, et exequijs, pro ut decebit more Christiano praestitis solvere debunt (*debeunt helyett*).

Notandum in Cap. 53 scilicet articulus 2.

Hic media quaedam via, in judicijs quaerenda est. Quia sunt quaedam vituperia, quae inter levia et summa, medium quendam lucum obtinent, velut ea, quae laesa persona, contra

eum qui laesit ex quadam animi vehementia, se continere non potens protulerit, canem antiquum, canis filium, cum nemo possit esse canis, neque canis filius appellandus: hic humanitati aliquid tribuendum est, nec in prodicta linguae poena aliquis convinci debet. Quia vituperia manebunt, semper vituperia, nec sequitur ut tales sint homines, quales vituperantur. Secus fit de rebus enormibus.

Articuli privilegiorum, et libertatis, ac caeterarum laudabilium antiquarum consvetudinum Civitatis Cassoviensis.

1.

Quod nullus hominum super civitatem et cives Cassovienses violentum descenssum (!) facere, aut quicumque ab ipsis violenter et sine precio recipere atque auferre possit: sed apud ipsos descendens omnia victualia atque necessaria condigno pro ratione temporis precio sibi comparet.

2.

Quod ipsi cives Cassovienses coram nullo extraneo iudice ac neque coram Palatino Regni jure convenire possint, sed quispiam aliquid actionis contra ipsos cives habuerit, teneatur prosequi coram eorum iudice pro tempore constituto, et consvetudine civitatis per omnia observata.

3.

Quod si iudex et jurati cives in reddenda alicui justitia tepidi essent, atque remissi, tunc non civitas sed iudex potest evocari in praesentiam Regiae Majestatis, redditurus rationem neglectiois administrandae justitiae.

4.

Si quispiam litigantium occasione haereditatum testamentariae dispositionis et debitorum causam coram iudice et juratis civibus moverit, et illa per iudicem et juratos revisa et discussa, ac demum super ea iudici sententia prolata fuerit, tunc pars tali Iudicio est contenta, durante ejusdem diei sede et iudicio, depositis decem florenos, non ad tabulam Regiam, sed saltem ad sedem domini magistri Tavernicorum appellare, et ab eodem intra spatium septimanarum literas praeceptorias super transmissionem causae exhibere debeat, Alioquin lata sententia in suo vigore manebit.

5.

Causae injuriarum, honoris, homicidij, furti, proditionis et cujuscunque generis maleficiorum, non possunt quaecunque (?) a judiciaria sede civitatis appellari, sed hic debitum finem sortiri, et partes tali judicio semper contentae esse debent.

6.

Nemo debet in consortium juris et libertatis civilis, nisi bonae famae, ut ex honestis natus parentibus, de quo literas sufficientes et natalicias exhibere tenebitur, recipi: Ita tamen ut habeat fide jussores, qui sub onere 33 marcarum argenti praemittant, et sese obtringat, eum qui civis esse voluerit, intra annum unum et diem legitima ducta uxore, domum et haereditates coempturum, ac taliter suam permansionem, observatis universis et singulis legibus libertatibus et consuetudinibus civitatis confirmaturum.

7.

Quod nullus hominum extraneorum et supervenientium ac curientium in civitate Cassoviensi et in ejus suburbio, curias, domos, aedificia, et vineas, aut alias haereditates habitas, ubique et ipsos cives contingentes, sine scitu, licentia, et promissione judicis, et juratorum civitatis, cum regijs, reginalibus, et magistris Tavernicorum Capitulorum, vel Conventuum literas comparare, vel nomine pignoris, aut alio quovis colore perpetuationis recipere neque quispiam civium et hospitem cassoviensium cuiquam ac debita solvenda praedictas haereditates obligare possint atque valeant.

8.

Quicumque extraneorum supervenientium et curientium ac etiam civium et incolarum civitatis cassoviensis ipsas emptiones vel impignorationes, inter concives eorum facere, aut se ad aliqua debita persolvenda obligare voluerint, hoc illi facere aliter non possunt, nisi ex scitu, consensu, literis et licentia judicis et juratorum. Et sic tales literae in praesentia quorumcunque justitiariorum Regni vigorem perpetuae obtineat firmitatis. Aliae autem his contrariae cassae et irritae habeantur.

9.

Nullus civis cassoviensis suas domos et alias haereditates quocunque nomine vocitatae sint, in ipsa civitate ac territorio et pertinente ejus habita et existente, cuicumque extraneo, nolenti

personalem residentiam in civitate facere, vendere, seu alio quaesito colore, tradere, vel perpetrare, potest neque debet.

10.

Quemcunque eorum ab hac luce, absque haeredum solatio decedere contingerit (*contigerit helyett*), is haereditates suas, resque, et bona mobilia, et immobilia, cujuscunque generis existant quibus maluerit in suis extremis legandi et dimittendi plenam et liberam facultatem.

11.

Si quispiam ex eisdem intestatus decesserit, ex tunc haereditates, resque et bona ejus per judicem et juratos cives, ac per eorum homines per ipsos ad id deputatos, in tres partes dividantur aequales, quarum, una in eleemosynas, et aliae duae partes pro muniendis aedificiis aliisque negocijs civitatis dispensentur.

12.

Si quis ex civibus et incolis civitatis quoscunque excessus, aut quaecunque maleficia commiserit, et in quamcunque notam quocunque modo inciderit, et hinc fugitive recesserit, ex tunc neque Regiae Majestatis, neque Praelati, et Barones, neque judex et jurati cives civitatis Cassoviensia bona et haereditates fugitivi occupare vel auferre valeant, quovis modo sed ipsae haereditates et bona salva et integra in manibus uxoris filiorum et haeredum consangvineorumque ipsius fugitivi, ne spes reditus adimatur permanere debeat, et nullo quaesito colore dissipari. Si autem spes de illorum reditu exstiterit, judex et jurati cives, laesis, injuratis, ac etiam creditoribus, prout videbitur juri consonum ex haereditatibus et bonis ipsius fugitivi satisfactionem impendere debent, residuo bonorum, uxori, filijs, et haereditatibus omnibus modis remanente.

13.

Si fugitivi caruerint haeredibus ac consangvineis nec ad civitatem redierint, tunc judex et jurati de bonis ejus, quibus convenit satisfaciant. Residuum pro utilitate civitatis impendatur.

14.

Quod Regia Majestas, Praelati, et Barones, vel magistri Tavernicorum neminem ex ipsis civibus, pro quibuscunque eorum excessibus privare debent, haereditatibus rebusque et bonis eorum in toto vel in parte, sed tales juxta qualitatem excessus

in persona puniri debent. Haereditates autem et bona eorum illaesa, permaneant in manibus uxoris, filiorum haereditates, et consanguineorum hujusmodi delinquentis.

15.

Quod ipsi cives cassovienses aut alter ipsorum vel homines seu familiares eorundem, pro victuum suorum necessaria acquisitione diversa clymata Regni perlustrantes, in civitatibus oppidis, et villis tam regalibus quam aliorum quorumcunque in personis judicari, aut res et bona eorundem mercimonia et alia quaecunque ad cujusvis arestati sub poena occupationis talium possessionum, in quibus contra factum fuerit, nequaquam debetur. Sed si quis aliquid actionis contra eos habuerit, et id in praesentia iudicis et juratorum civium dicti civitatis cassoviensis legitime prosequatur quorum ex parte iidem, omnis justitiae complementum exhibere (*a kézirat itt megszakad ; a többi része hiányzik*).

Közli : HARSÁNYI ISTVÁN.

OKLEVELEK MÁRAMAROSVÁRMEGYE TÖRTÉNETÉHEZ.

— HARMADIK KÖZLEMÉNY. —

XLII.

1479 deczember 10. Buda Mátyás király elrendeli, hogy Petrovay Mihály fia Demeter és neje Margit iktattassanak be Petrovay Mihály bevallása következtében zálogjogon egész Petrova birtokába.

Mathias dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis nobilium Demetrii filii Michaelis de Pethrowa ac domine Margarethe consortis ejusdem Demetrii: Quomodo ipsi in dominium totalis possessionis Pethrowa predicte in comitatu Maramorosiensi existentis, ipsos ex fassione ipsius Michaelis de Pethrowa titulo pignoris concernentis, legitime vellent introire. Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Mykola de Wyssso, aut Myhwl de eadem, vel Joannes Moldway de Apsa, seu Michael de Drahomersfalws, sive Stephanus de Ruzka, aliis absentibus homo noster ad facies dicte possessionis Pethrowa vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Demetrium et dominam Margaretam in dominium ejusdem

possessionis, statuatque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premissis jure impignoraticio eisdem incumbente possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet eisdem contra annotatos Demetrium et dominam Margaretham, nostram personalem in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradictionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria sexta proxima post festum concepcionis beate Marie virginis, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

A leleszi konventnek a beiktatásról 1480 május 22-én kiállított s itt alább a XLIII. szám alatt közölt bizonyítványából.

XLIII.

1480 május 22. A leleszi konvent bizonyítja, hogy Petrovay Demeter és neje, Margit zálogjog címén ellentmondás nélkül beiktattattak egész Petrova birtokába.

Nos conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis: Quod nos literas serenissimi principis domini Mathie, dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. introductorias et statutorias, nobis directas, summo cum honore recepimus in hec verba

Mathias dei gracia rex... (Lásd Mátyás királynak 1479 december 10-én kelt s fentebb, a XLII. szám alatt közölt iktatási parancsát.)

Nos vero preinsertis preceptis et mandatis prefati domini regis obedientes, ut tenemur, una cum prefato Michaelae de Dragomerfalws, homine ejusdem domini regis, unum ex nobis videlicet fratrem Paulum presbyterum ad premissa exequenda, nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui denum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt: quod ipsi die dominico proximo post festum invencionis sancte crucis, proxime preteritum, ad faciem prescripte possessionis Pethrowa, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, ac David presbytero rutheno de Leordyna et Stephano de Dolha, necnon Ladislao de Bartzanfalwa, ac Juga dicto de Sayo presentibus accedendo, idem homo ejusdem domini regis, ipso nostro testimonio presente introduxisset prefatos Demetrium et dominam Margaretham in dominium ejusdem possessionis, statuissetque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinen-

ciis quibuslibet, premissis jure impignoratio eidem incumbente possidendam, nullo contradictore inibi apparente, legitimis etiam et consuetis diebus in facie ejusdem moram protrahendo. In cujus rei testimonium presentes literas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statucionis prenotatarum, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Máramaros vármegye levéltárában: »*Nemes családok iratai* Petrovay I. szám« jelzet alatt őrzött, Petrovay Farkas kérelmére a leleszi konvent által 1829 november 8-án kiállított eredeti átiratból.

XLIV.

1485 július 15. Ostffy Miklós prépost és a leleszi konvent bizonyítja, hogy Gyulafalvi Ivánka György összes gyulafalvi, dorozzlófalvi, deszei, alsó-, felső-nyíresi és hernécsi részbirtokai negyed-részt a már elhalt nővérének, Sztána asszonynak adta volt leány negyedbe, most pedig nevezett birtokai felét zálogba adta két unokaöccsének, Sztána asszony fiainak, Dragmernek és Györgynek-oly kikötéssel, hogy azok őt élte fogytáig eltartani és segélyezni tartozzanak.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Nicolaus Hosthfy prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: Quod nobilis Georgius, Ivanka nuncupatus, de Gyulafalwa coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus in hunc modum: Qualiter ipse . . . directas quartas partes totalium porcionum suarum, possessionariarum in possessionibus Gyulafalwa prescripta, ac Dorozlőfalwa, Dezefalwa, Alsonyres, Felsewnyres et Hernech vocatis, in comitatu Maramarosiensi existentibus, habitarum condam nobilis domine, Zthana dicte, sorori sue uterine, genitrici scilicet nobilium Dragmer dicti et Georgii, fratrum suorum consobrinorum jure quartalicio sibi attinencium tradiderit et assignaverit possidendas. Preterea licet ipse Georgius Ivanka directas medietates prescriptarum porcionum suarum possessionariarum in prescriptis possessionibus habitarum, secluis prescriptis quartis partibus earum, eidem Dragmer et Georgio fratribus suis consobrinis mediante aliis literis nostris pignore inscripserit, tamen ipse Georgius Ivánka antescritas quartas partes prescriptarum porcionum possessionariarum rursus et de novo, alias vero pretactas [medietates] reliquarum porcionum suarum possessionariarum prescriptarum, in prescriptis possessionibus habitarum, simul cum cunctis earundem quartarum parcium et medietatis porcionum possessionariarum utilitatibus

et pertinenciis quibuslibet, terris videlicet arabilibus, foenetis, sylvis glandinosis et dolabrosis, nemoribus, rubetis, aquis et gurgitibus, cunctis etiam aliis pertinenciis ad easdem quartas partes et medietates porcionum possessionariarum prescriptarum de jure et ab antiquo spectancium et pertinere debencium, eisdem Dragmer et Georgio fratribus suis consobrinis, filiis videlicet prefate condam domine Zthana, in filios filiorum et heredes eorundem universos perpetuo tenendas, possidendas pariter et habendas inscripsisset, providisset, condonasset et irrevocabiliter contulisset. Imo irrevocabiliter inscripsit, providit, condonavit et contulit coram nobis tali condicione durante vita sua opportune . . . sustentare, et in suis necessitatibus sibi subvenire debeant et sint astricti. Nihilominus ipse Georgius Ivanka totum et omne jus, jurisque et domini proprietatem earundem quartarum partium et medietatum porcionum possessionariarum prescriptarum in eosdem Dragmer et Georgium fratres suos et heredes eorum . . . pleno jure. In cujus rei testimonium firmitatemque perhemnalem presentes literas pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo divisionis beatorum apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Rednik Stefán lui Pavel a Tomi levéltárában, Máragyulafalván őrzött, hártýára írott eredetiről.

XLV.

1489 november 23. Buda. Mátyás király elrendeli, hogy Bedey Mihály és neje Margit iktattassanak be zálogjog czímén Petrovay Mihály polyanai, leordinai, rozsályai és petrovai nyolcz jobbágytelkének birtokába.

Mathias dei gracia Hungarie, Bohemie etc. rex duxque Austrie fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Michaelis de Bede et nobilis domine Margarethe consortis ejusdem, quomodo ipsi in dominium octo sessionum jobagionalium Michaelis de Pethrowa in possessionibus Poyana ac Leordena, Rozawlyya et Pethrowa predicta, in comitatu Maramorosiensi existentibus habitarum, ipsos exponentes titulo pignoris concernencium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente unus ex electis juratis nobilibus predicti comitatus Maramorosiensis, tanquam homo noster, quem ad id serie presencium accedere jubemus, ad facies prescriptarum possessionum Poyana, Leordena, Rozawlyya et Pethrowa, consequenterque pretactarum octo sessionum jobagionalium annotati Michaelis

in eisdem habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos exponentes in dominium earundem, statuatque easdem eisdem simul cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis titulo pignoris eisdem incumbente possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem, nostram personalem in presenciam, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt nominibus, terminum ad predictum, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.

Signatura relacionis hec est: Homo regius Heryn de Jalhowa, unus Maramorosiensis, noster frater Joannes presbyter junior, ac in vigilia festi beati Mathie apostoli dum etc. tunc scripto contradixit Simon de Budfalwa in persona David presbyteri rutheni de Leordina, statucioni Poyana, Leordyna et Rosallya, propter quod est evocatus ad octavas Georgii.

Máramaros vármegye levéltárában »Nemes családok iratai Petrovay I. szám« jelzet alatt őrzött, a leleszi konvent által Petrovay Farkas kérelmére 1829 november 8-án kiállított eredeti átiratból.

XLVI.

1504 május 14. Buda. Anna királyné megerősíti Imre Tamás huszti és Szász Lőrincz szigeti bíró kérelmére a máramaro i öt városnak a régi királyoktól és királynéktól kapott kiváltságait, minthogy leveleik részint elvesztek, részint az oláhok által, a kik régebben ott dűltak, elégettettek: Hogy a Fekete erdőt s az ottani mezőket, szántóföldeket és halászóvizeket szabadon használhassák, hogy juhaik és sertéseikből sem az ispán, vagy más tiszt, sem az oláhok tizedet ne szedhessenek, hogy az ispán ne akadályozza őket, ha élelmi szereket eladás végett ki akarnának szállítani Máramarosból, hogy a mi perek előttök indúttainak, ha nem tartoznak egyenesen a kincstár vagy a vármegyeispán elibe, azokban ítélkezhessenek, az elégedetlen peres fél a 24 esküdthöz fellebbezhessen, innen a bíróhoz, végre a királynéi udvarbíróhoz, hogy a gonosztevőket elfoghassák, elítélhessék és büntethessék, de az ilyen elfogott gonosztévőt a bíró beleegyezése nélkül szabadon ne bocsájthassák.

Nos Anna dei gracia regina Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes: Quod venientes

nostre majestatis in presenciam fideles nostri circumspecti Thomas Emerici judex oppidi Huzth, necnon Laurencius Zaz judex oppidi nostri Zigetth in suis, omniumque judicum et juratorum cicium communitatumque quinque oppidorum nostrorum Maramorosiensium nominibus exposuerunt nobis: Quod licet ab antiquis temporibus certis libertatibus, prerogativis et privilegiis usi fuissent: ut videlicet libere et pacifice pecora sua in sylvas nostras reginales, Nigras appellatas, et campos adjacentes agere pascique sed et aquis nostris et aquarum fluviis uti, fructumque exinde capere potuissent, nec ab hujusmodi eorum pecoribus propterea decimas quispiam officialis noster exigendi habuisset libertatem, similiter eciam res et bona eorum ad partes exteriores, extra videlicet terram Maramorosiensem ducere, et dum comes hujusmodi res et bona, victualia scilicet eorum pro se emere voluerit, liberam vendendi eandem cuicumque voluerint habuissent facultatem, nullo comite vel officiali nostro ipsos impediens. Preterea et inter coetera sua privilegia hoc unum habuisse, quod omnes causas, que non directe ad cameram nostram vel comitem nostrum cameralem pertineret, inter se se subortas, similiter et malefactores, capitali crimine reos, ipsi in singulis oppidis judicare et justiciam administrare, absque ullum comitum nostrum impedimento, potuissent. Cum vero parti judicium hujusmodi ipsorum non placeret, illi ad conspectum vigintiquatuor juratorum, a quibus ad locum interrogatorium Szólós, quorum de hinc sententia non contenti, causam eandem coram nobis in curiam nostram provocare scivissent super que eciam privilegia sua se literas dominorum regum et reginarum Hungarie predecessorum nostrorum habuisse asserebant, attamen sive per injuriam, sive per valachorum, illam terram olim igne ferroque vastatum, insidios amisissent, quod eorum comites cognoscentes, ipsos in hujusmodi privilegiis suis prescriptis non nunquam turbarent et impedirent, in derogamen privilegiorum suorum prescriptorum et prejudicium manifestum. Propterea humili cum instancia nobis supplicarunt: quatenus supra expressa privilegia pro ipsis et successoribus eorum reformandas et literis denuo concedendas perpetuo successivis temporibus duraturas innovare dignaremur. Nos igitur pretactorum fidelium nostrorum supplicatione clementer exaudita, nolentes eosdem antiquis eorum libertatibus per quempiam spoliari quinpotius concessionibus graciosis communerare... eisdem et successoribus eorundem duximus. Imo concedimus, annuimus et decernimus per presentes, ut amodo deinceps perpetuis successivis temporibus ipsi et singuli eorum sylvis nostris Nigris appellatis, campis et agris, necnon aquarum piscaturis nostris regina-

libus, ibidem existentibus, illis dumtaxat, que ad castrum nostrum pro sustentacione ipsius oppropriate, designate et annexe fuerint acceptis, libere et pacifice uti, frui, nec per aliquem comitem impedire, prohiberique possint atque valeant. Item ut racione pecorum suorum, ovium scilicet et porcorum, nemo comes vel alius subditus noster, neque valachi a prefatis subditis nostris, quoties illa ad sylvas, campos pascuaque perexpulsa egerint decimas quovis racione capere possint ac debeant. Item ut res et bona eorum, dum ad partes exteriores eadem ducere, vendereque voluissent, si comes noster Maramorosiensis hujusmodi res sive victualia pro camere, castrique necessitate emere voluerit, liberam educendi et cui voluerunt vendendi habeant libertatem, nullo comite ipsos prohibente. Item ut amodo deinceps omnes causas eorum coram eis motas, non directe ad cameram, sive comitem Maramorosiensem ipsum pertinentes, judicare, et inde non contentis partibus eorum, juratis vigintiquatuor, huic ad locum ipsorum interrogatorium prenommatum Szőlős appellare, a quo denu coram iudice provocare, postremum autem in presenciam et curiam nostram ab ipso iudice appellandi, provocandique liberam habeant potestatem, ut malefactores, capitis criminis reos, ipsi capere iudicareque et condemnare juxta antiquum eorum privilegium, hoc tamen adjuncto : quod neminem hujusmodi malefactorum sine consensu iudicis prius requisito, emittere et libertati restituere possint ac valeant. Mandamus idcirco fidelibus nostris comiti vel vicecomiti vel officialibus nostris Maramorosiensibus presentibus et futuris quibuscunque, quatenus a modo deinceps pretactos subditos nostros prescriptis libertatibus et privilegiis pacifice uti, nec eosdem contra hanc nostram concessionem impedire, seu impediri facere, turbareve debeatis, nec sitis ausi modo aliquali. Presentibus, quas rubro premissorum sigillo nostro pendenti communiri facimus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude decimaquarta die mensis maji anno domini millesimo quingentesimo quarto, coronacionis vero nostre felicis regni Hungarie anno secundo.

Máramaros vármegye levéltárában »Öt koronaváros III. 1769 I/1.« jelzet alatt őrzött hiteles másolatról.

XLVII.

1505 márczius 10. Pest. Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró és erdélyi vajda elrendeli Kricsfalvi Szotjka István és János, valamint Kricsfalvi Bencze Miklós és András kérelmére, hogy birtokaik Kricsfalva, Darva és Csománfalva határai bejárattassanak.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez, comes Petrus comes de Sancto Georgio et de Bozin iudex curie serenis-

simi principis domini Vladislai dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. ac vajvoda Transylvanus amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Stephani et Joannis Sztojka de Kritsfalva, necnon Nicolai et Andree Bentze de eadem Kritsfalva predicta, quomodo possessiones ipsorum Kritsfalva predicta, ac Darva et Chomanfalva vocate, omnino in comitatu Maramorosiensi existentes habite, apud manus ipsorum pacifice habite, circumquaque parte legitima reambulacione et metarum ereccione plurimum indigerent. Superquo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Joannes de Vajnak, aut Jacobus de eadem, vel Sandrinus Vana de Bedii, aliis absentibus homo regius ad facies prescriptarum possessionum Kritsfalva, Darva et Chomanfalva vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convoratis et presentibus accedendo reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulasque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter distinctas et separatas relinquat easdem eisdem jure ipsis incumbente perpetuo possidendas si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes regiam in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi possessionarie reambulacionis et novarum metarum ereccionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum ac contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse reambulacioni intererunt nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens . . . to domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in civitate Pestiensis feria secunda proxima ante festum beati Gregorii pape, anno domini millesimo quinquagesimo quinto.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez pro nobilibus Stephano et Joanne Stojka de Kritsfalva et aliis introscriptis. Reambulatorie.

Possessione in Kritsfalva regius Joannes de Vajnak dicit nemo contradixit statucioni. Vicini et commetanei: Nicolaus Feyr de Uglya, Thomas filius, Stephanus Volaz de eadem Uglya, ac Thomas Sandor jobbago et judex nobilium Kun de Rosal tantummodo renovacioni metarum possessionis Chomanfalva contradixit. Omnino jobbago providus Thomas Vathaman dictus Simonis Risko in Kevesligeth commorans in personis Simonis Risko, Petri similiter Risko, Stephani Roman de Kevesligeth dominorum suorum a parte possessionis Kevesligeth. Aliis possessionibus nemo contradixit. Regius homo ut dixit concor-

dancia esset per partes, fassio facta preterquam Chomanfalva predicta.

Máramaros vármegye levéltárában: »Nemes családok iratai Bencze I. szám« alatt őrzött, gróf Pálffy János nádorispán rendeletére és Kövesligethi Risko László kérelmére a leleszi konvent által 1751-ben kiadott levelének hiteles másolatáról.

XLVIII.

1505 szeptember 20. Kornis Benedek prépost és a leleszi konvent bizonyítja, hogy Dolhay Ambruzs özvegye, Chapy Potencziana hitbéri és jegyajándéki követelésére nézve Dolhay Péter Chapy Gergelyt kielégítette.

Nos Benedictus Kornis prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus: Quod nobilis Gregorius, filius condam Alberti Chapy de Ezen coram nobis constitutus sponte et libere est confessus in hunc modum: Quod quia sibi egregius Petrus de Dolha, de et super dote et rebus paraphernalibus quondam nobilis domine Potenciane, filie olim Achacii de Chap, avi ejusdem Gregorii, consortis utputa quondam Ambrosii de dicta Dolha, eidem autem, de universis possessionibus, porcionibusque et juribus possessionariis dicti quondam Ambrosii de predicta Dolha, domini et mariti sui, ubivis et in quibuscumque comitatibus habitis et existentibus, juxta regni consuetudinem cedere et provenire debentibus, plenariam et omnimodam impendisset solutionem, imo impendit et satisfecit. Super qua quidem solutione et integra satisfaccione predictorum dotis et rerum parafernalium annotate domine Potenciane prefatus Gregorius Chapy effective contentus, memoratum Petrum de Dolha exinde quietum et expeditum reddidisset et commisisset, imo reddidit et modis omnibus absolutum commisit coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum in vigilia festi beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini millesimo quingentesimo quinto.

A gróf Teleki család gyömrői levéltárában I. L. XX. kötet 19. szám alatt őrzött eredetiről.

XLIX.

1508 junius 9. Buda. Ulászló király új adomány czímén Váncsfalvy György, Dán, Todor, Lukács és Ferencznek adományozza Váncsfalva, Nánfalva és Disznópatak nevű birtokokat, melyeket már őseik is békében birtak s ők is birják.

Commissio propria domini regis.

Nos Wladislaus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium, quibus expedit universis: Quod nos attentis et consideratis fidelitati et fidelium

serviciorum meritis fidelium nostrorum nobilium Georgii, Daan, Theodori, Luce et Francisci de Wanchfalw per eosdem primum sacre dicti regni nostri Hungarie corone, tandemque majestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis totales possessiones ipsorum Wanchfalwa, Naanfalwa et Diznopataka vocatas, omnino in comitatu Maramorosiensi existentes et habitas, in quarum pacifico dominio ydem Georgius, Daan, Theodorus, Lucas et Franciscus, progenitores ipsorum ab antiquo perstitisse, seque ipsos perstitere asserunt etiam de presenti. Item totum et omne jus nostrum regium, si quod in prefatis possessionibus qualitercumque, haberemus aut nostram ex quibuscumque causis, vijs, modis et racionibus concerneret majestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, puta terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetibus, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis et vinearum promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis, molendinorumque locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Georgio, Daan, Theodoro, Luce et Francisco de Wanchfalwa, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus. Imo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, salvo jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria sexta proxima ante festum Pentecostes anno domini millesimo quingentesimo octavo, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno decimo octavo, Bohemie vero tricesimo octavo.

Néhai Vánecsfalvi Jura János nyug. kir. járásbíró úr levéltárában őrzött, hártýára írott eredetiről.

L.

1514 április 9. Buda. Ulászló király megtiltja mindenkinek, hogy Huszt, Visk, Técső, Hosszúmező és Sziget város polgárai, lakosai s ezek szolgálói felett ítélni, őket elmarasztalni s javaikat lefoglalni ne merészeljék, hanem ha kinek keresete van ellenök, azt a városok birái és esküdt polgárai előtt szorgalmazzák. A királyi és mások vámosait pedig eltiltja attól, hogy a nevezettektől akár szárazon, akár vízen bármiféle vámot szedhessenek.

Wladislaus dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris universis et singulis dominis prelatís, baronibus, comitibus,

castellanis, nobilibus, isporumque officialibus, item civitatibus, oppidis et villis, earundemque rectoribus, iudicibus scilicet et villicis, quibus presentes ostenduntur salutem et gratiam. Cum justi pro injustis non debeant aliquatenus impediri, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus dum et quando ac quociescumque fideles nostri circumspecti cives, populique et inhabitatores oppidorum Huzth, Visk, Thechew, Hozzu-Mezew et Zigeth, aut homines et familiares ipsorum, presencium scilicet ostensores pro victuum suorum necessaria adquisicione, diversa climata regni nostri perlustrari cum rebus et mercibus suis ad vestras terras, tenutas, possessiones, honores et officiolatus ac vestri in medium pervenerint, extunc ipsos, hominesque et familiares eorundem ad quorumvis instanciam in personis iudicare vel vestro adstare iudicatu compellere, resque et quevis bona mercimonia ipsorum civium arestare seu prohiberi facere nequaquam presummatis, nec sitis ausi modo aliquali. Si qui enim quidcumque accionis vel quescionis contra annotatos cives, hominesque et familiares ipsorum pretactos habent vel habere pretenderint, hi id in presenciiis iudicum et juratorum civium prelibatorum oppidorum legitime prosequantur, ex quorum parte ipsi omni contra ipsos querulanti meri juris et justicie ac debite satisfaccionis complementum exhibebunt, prout dictaverit ordo juris: Preterea, quia prefati universi cives, hospites et populi prefatorum oppidanorum antique ipsorum libertatis prerogativa, per divos reges Hungarie, nostros scilicet predecesores, ipsis graciose concessa relinquantes a solutione cujuslibet tributi, tam de personis propriis, quam de rebus et bonis esuis mercimomialibus fieri debentibus penitus et per omnia exempti esse perhiberentur et supportati: ideo vobis universis et singulis tributariis nostris scilicet et aliorum quorumque in terris et super aquis ubilibet constitutis [firmiter] damus in mandatis, quatenus a prefatis civibus, hominibusque et familiaribus ipsorum, necnon rebus et bonis eorundem in locis dictorum tributorum, tam nostrorum, quam aliorum quorumcumque in eundo et redeundo atque passuando contra libertates eorum nullum tributum, nullamve tributariam solucionem petere et exigere, petique et exigi facere aliquatenus presummatis... Datum Bude in dominica proxima post festum sancti Francisci confessoris anno domini 1514, regnorum nostrorum Hungarie etc. anno 24-to, Bohemie vero 44-to.

Máramaros vármegye levéltárában: »Öt város III. 1769 I/1.« jelzet alatt őrzött hiteles másolatról.

LI.

1516. Buda. Lajos király ugyanolyan tartalmú levelet ad ki a máramarosi öt koronaváros polgárai részére, a milyent atyja, Ulászló király adott volt 1514 április 9-én. (Lásd a fentebb közlött L. sz. oklevelet.)

Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris omnibus et singulis dominis prelatibus, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, ipsorumque officialibus, item civitatibus, oppidis et villis eorundemque rectoribus, iudicibus scilicet et villicis, quibus presentes ostenduntur salutem et gratiam. Iusti pro injustis et innoxii pro . . . excessibus non debeant aliquatenus impediri, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus dum et quando ac quociescumque fideles nostri circumspecti cives populique et inhabitatores oppidorum Huzth, Visk, Thechew, Hozzu-Mezew et Zigeth, aut homines seu familiares ipsorum presencium scilicet exhibitores, pro victuum suorum necessaria adquisicione, diversa climata regni perlustrantes cum rebus et mercibus suis ad vestras terras, tenutas, possessiones, honores et officiolatus, ac vestri in medium pervenerint, extunc ipsos, suosque homines et familiares pretactos ad quorumvis instanciam in personis iudicare, vel vestro adstare iudicatu compellere, resque et quevis bona mercionalia ipsorum civium arestare seu prohiberi facere nequaquam presummatis, nec sitis ausi modo aliquali, signanter vero pro debitis, delictis seu excessibus aliorum. Si qui enim aliquid accionis vel quescionis contra annotatos cives, hominesque suos et familiares prefatos, habent vel habuerint, hi in presenciis iudicum et juratorum civium dictorum quinque oppidorum legitime prosequantur, ex parte quorum ipsi omni contra ipsos querulanti meri juris et justicie ac debite sati faccionis complementum exhibebunt, prout dictaverit ordo juris. Preterea quia prefati universi cives, hospites et populi prefatorum oppidanorum antique ipsorum libertatis prerogativa per divos reges Hungarie, nostros scilicet predecessores, ipsis graciose concessa relinquantes a solucione cujuslibet tributi, tam de personis propriis, quam de rebus et bonis suis mercimonialibus fieri debentibus poenitus et per omnia exempti esse perhiberentur et supportati: ideo vobis universis et singulis tributariis nostris scilicet et aliorum quorumcumque in terris et super aquis ubilibet constitutis, firmiter damus in mandatis, quatenus a prefatis civibus, hominibusque et familiaribus suis necnon rebus et bonis eorundem in locis dictorum tributorum, tam nostrorum, quam aliorum quorumcumque in eundo et redeundo atque passuando, contra libertates eorum nullum tributum, nullamque tributariam solucionem petere et exigere,

petive seu exigi facere aliquatenus presummatis . . . Datum Bude die . . . mensis . . . anno domini 1516.

III. Ferdinánd király 1652 szeptember 12-én kelt megerősítő átiratából.

LII.

1516 julius 23. Buda. Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró elrendeli, hogy Bilkey György és másik György, valamint Lipcsey György iktattassanak be Urmezey Péter fia, János és Mik fia János lipcsei és herincsei részirtokaiba.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez comes Petrus de Sancto Georgio et de Bazin judex curie serenissimi principis, domini Ludovici, dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Georgii filii condam Stephani filii olim Elie de Bylke, necnon alterius Georgii filii condam Nicolai filii Petri Bolond de eadem Bylke, ac alterius similiter Georgii filii condam Stephani de Lypche, quomodo ipsi in dominium totalium porcionum possessionariarum nobilium condam Joannis filii olim Petri de Urmezeu, ac alterius Joannis filii Mik de eadem Urmezeu in possessionibus Herenche et Lypche vocatis in comitatu Maramorosiense existentibus habitis, ipsos exponentes vigore cujusdam contractus, alias inter progenitores ipsorum exponencium ac condam utrumque Joannem de Urmezeu predicta, mediantibus certis literis, super inde confectis, initi, jure perpetuo concernencium, legitime vellent introire. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Joannes, aut Petrus vel Lazarus, Ztoyka dicti, de Krichfalw, sive Joasko de eadem, sin Janco de Vane (?), vel Joannes, vel Petrus de Dolha, aliis absentibus homo regius, ad facies prescriptarum possessionum Herinche et Lypche, consequenterque pretactarum porcionum possessionariarum dictorum utriusque Joannis de Urmezeu, in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos exponentes in dominium earundem, statuaturque easdem eisdem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premissis jure ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes regiam in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi introduccionis et statuccionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statuccioni inter-

erunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicto domino nostro regi suo modo fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post festum beate Marie Magdalene, anno domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

Relacionis series habetur talismodi continencie: Execucio facta est in festo Michaelis in villa Herinche, et eciam alia execucio facta est secundo die in villa Lypche, homo regius Joannes de Dolha, testimonium frater Valentinus.

Máramaros vármegye levéltárában: »Nemes családok iratai Lipcey IV. szám« jelzet alatt őrzött másolatról.

LIII.

1517 április 28. Buda. Lajos király új adomány czímén Gyulafalvi Rednik Györgynek és Istvánnak, Ficze Miklós és Simonnak, valamint Pap Jánosnak adományozza ősi birtokaikat, melyeket elődeik is békességesen birtak volt, úgy mint egész Gyulafalvát, Sugatagot, Hernécset, Kopácsot, másnéven Nagypatakot, Krácsfalvát és Hotinkát, úgyszinte Desze és Hodpatak felelését, s elrendeli, hogy azok birtokába bevezettessenek.

Ludovicus dei gracia Hungarie, Bohemie etc. rex fidelibus suis conventui ecclesie sancte crucis de Lelez salutem et gratiam nostram. Cum nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus serviciis fidelium nostrorum nobilium Georgii et Stephani de Gyulafalva, dictorum Rednik, item Nicolai et Simonis Ficze, ac Joannis presbyteri de eadem Gyulafalva, que ipsi in primis sacre hujus regni corone ac tandem majestati nostre, pro locorum et temporum varietate, in publicis eciam expeditionibus tempore pie memorie genitoris nostri, factis juxta possibilitatis exigenciam fideliter exhibuerunt et impenderunt, et in futurum quoque pari fidelitate exhibituros et impensuros confidimus, totales igitur et integras possessiones ipsorum Gyulafalva predictam, Sugatag, Hernech, Kopach alias Nagypatak, Kratzfalva et Hotinfalva, item medietatem possessionum Deze et Hatpatak vocatarum, omnino in districtu nostro Maramarosiensis existentes habitas, in quorum quieto et pacifico dominio, ut majores et progenitores ipsorum, ipsi quoque de presenti existerent, totum item et omne jus nostrum regium, si quod in dictis possessionibus haberemus, et collacionem nostram qualitercumque et ex quibuscumque causis, viis, modis et rationibus concerneret [majestatem nostram], simul cum cunctis suis utilitatibus et petrinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, sylvis, nemoribus, alpiibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quovis nominis vocabulo vocitatis, utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus,

ad easdem et idem de jure et ab antiquo spectantibus, et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis liminibus existentibus premissis tamen uti prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Georgio, Stephano, Nicolao, Simoni et Joanni de jamdicta Gyulafalva fratribus alias invicem condivisionalibus, ipsorumque heredibus universis, nove nostre donacionis titulo in perpetuum, salvo jure alieno, vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium, super inde emanatarum, graciose dederimus, donaverimus et contulerimus, velimusque eosdem in dominium dictarum possessionum ac juris nostri regii in eisdem habiti; per vos legitime introduci. Pro eo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Simon Sztojka de Krichfalva [seu] Vlad de Bartzanfalva, sin Joannes Radul de Somos aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum vicinis et comitaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatos Georgium, Stephanum, Nicolaum, Simonem et Joannem de sepefata Gyulafalva in dominium earundem, statuaturque easdem eisdem jure ipsis expresse nove nostre donacionis titulo incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos exponentes nostram in presenciam, ad terminum competentem, rationem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem, cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria tertia proxima post festum beati Georgii martyris anno domini millesimo quingentesimo decimoseptimo.

A leleszi konventnek a beiktatásról 1517 augusztus 4-én kiállított s itt alább az LV. szám alatt közlött bizonyságleveléből.

LIV.

1517 julius 13. Buda. Lajos király megparancsolja Perényi Gábor és Pogány Zsigmond máramarosi kamaragrófoknak, a helyetteseiknek és egyéb tisztviselőknék, valamint az öt koronaváros bíráinak és esküdt polgárainak, hogy az öt városban lakó nemeseket, a kiket királyi elődei minden teherviselés alól felmentettek volt, s a kik azon kiváltságot is nyerték, hogy a kamarából sót kiemelhetnek, azt kihozhatják és árúsíthatják, — semmiféle teherviselésre se kényyszerítsék és a só árúsításában ne gátolják, de mindazonáltal ügyeljenek, hogy ezen kiváltsággal visszaélés ne történjen s abból a királyra kár ne háramoljon.

Ludovicus dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris magnifico Gabrieli de Peren et egregio Sigismundo Pogan,

comitibus camerarum salium nostrarum Maramorosiensium, eorundemque vicecomitibus et aliis factoribus, necnon iudicibus et juratis civibus oppidorum Huzth, Visk, Techew, Hozzumezew et Zigeth presentibus et futuris, presens scriptum visuris, salutem et gratiam. Expositum existit majestati nostre in personis fidelium nostrarum nobilium, in ipsis quinque oppidis nostris commorantium, quod ipsi, quamvis ex concessione et graciosae provisione divorum regum Hungarie, predecessorum nostrarum felicis memorie, ab omni solutione taxarum ordinariam et extraordinariam, necnon impensione serviciorum nobis, et in medium oppidanorum, quomodocumque faciendis et prestandis, ab aliis etiam omnibus oneribus exempti in perpetuum sint, hac denique iidem specialis gratia prerogativa condonati habeantur, ut ipsi, et quilibet eorum, continuis semper temporibus, in cameris nostris Maramorosiensibus sales levare et educere atque vendere possunt. Vos tamen ipsos contra huiusmodi eorum libertates diversi modo impediretis, et eos modo ad solutionem taxarum, modo exhibitionem serviciorum cogere, neque permetteretis eosdem continuo, et quando ipsi vellent, sales levare, educere et vendere in manifestum derogamen libertatum eorum et damnum. Supplicatum itaque existit majestati nostre pro parte eorundem nobilium, ut ipsis circa premissa de condigno remedio consulere dignemur. Quorum supplicationibus, tanquam justis, exauditis, nolentes ipsos nobiles libertatibus eorum per quempiam frustrari, volumus et fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus acceptis presentibus, et premissis sic se habentibus, deinceps prescriptas libertates prefatis nobilibus, in dictis oppidis nostris Huzth, Visk, Techew, Hozzumezew et Zigeth commorantibus, per divos, ut premittitur, reges Hungarie concessas, juxta eorum privilegia, prius per vos perlecta et intellecta, inviolabiliter semper observare, et observari facere, eosque et eorum quempiam, contra illos, ad aliquam solutionem taxarum, aut serviciorum impensionem, cogere nullo modo audeatis, salesque eisdem, continuis semper temporibus, levare, educere et vendere permittere debeatis et teneamini. Providentes tamen et caventes ne ipsi, vel aliqui eorum suis libertatibus abutantur et per hoc camere nostre libertas impediatur et nobis damnum eveniat aliquale. Aliud nulla ratione facere presumatis. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum Bude in festo sancte Margarethe virginis et martyris, anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

Máramaros vármegye levéltárában : »Öt koronaváros III. 1783/36.« jelzet alatt őrzött hitelesített másolatról.

LV.

1517 augusztus 4. Kornis Benedek prépost és a leleszi konvent bizonyítják, hogy Gyulafalvi Rednik György és István, Ficze Miklós és Simon, valamint Pap János Lajos király új adománya czímén ellentmondás nélkül lettek beiktatva Gyulafalva, Sugatag, Hernécs, Kopacs, másnéven Nagypatak, Krácsfalva és Hotinka egész birtokok, valamint Desze és Hodpatak (ma Bréb) felerészének birtokába.

Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris, presentium noticiam habituris Benedictus Kornis prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini nostri, domini Ludovici, dei gracia Hungarie, Bohemie etc. regis nobis directas, honore, quo decuit recepimus in hec verba :

Ludovicus dei gracia Hungarie, Bohemie etc. rex . . . (Lásd a királynak 1517 április 28-án kelt s itt fentebb, a XLV. szám alatt kiadott iktatóparancsát.

Nos igitur mandatis serenissimi principis, domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Simone Sztojka de Krichfalva homine ejusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrum P . . . presbyterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus. Denum iidem ad nos reversi nobis voce consona retulerunt : quomodo ipsi feria secunda proxima post festum divisionis apostolorum anno domini millesimo quingentesimo decimoseptimo ad facies prefatarum possessionum Gyulafalva, Sugatag, Hernech, Deze, Kopach alias Nagypatak, Krachfalva, Hatpatak et Hotinfalva, in dicto comitatu Mararosiensis adjacencium, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus Stecz de Bártfalva, dicto Joanne Radul de Somos, Lazaro Bud de Budfalva, Joanne Vinz de eadem et Paulo Kis giudice de Felsew Bania accessissent, in quarum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo prefatosque Georgium et Stephanum de Gyulafalva dictos Rednik, et preattactos fratres suos condivisionales in dominium earundem introducendo statuissent easdem eisdem cum suis cunctis utilitatibus et pertinenciis universis premissis jure ipsis incumbente possidendas, nullo contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perennem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis statucfonis et execuiois premissarum anno domini supradicto. Benedictus Kornis prepositus.

U. o. »Nemes cs. iratai Rednik 53. sz.« hiteles másolatról.

LVI.

1519 márczius 3. Buda. Lajos király előrebocsátja, hogy midőn márczius 1-én törvényszéket ülne, megjelent előtte Petrovay Péter, a ki Petrovay János és Váncsfalvy György nevében tiltakozást adott be az iránt, hogy Dolhay Péter, a tiltakozók ellen néhai Ruzskovai Dolhay Mihály birtokai iránti perükben, meg nem jelenésük miatt az országbírótól elmarasztaló ítéletlevelet vett ki, mely tiltakozás után előadta, hogy sürgős dolgaik miatt nem jelenhettek meg a határ-időre, s kéri Dolhay Pétert az országbíró elébe idéztetni, a mikor is védelmököt elő fogják adni, mire a király megparancsolja a leleszi konventnek, hogy az országbíró ítéletének végrehajtására tanújokat ne küldjék ki, s ha már kiküldötték volna, arról a jelentést Dolhay Péter részére ne állítsák ki, hanem küldjék ki tanújokat, a kinek jelenlétében a királyi ember a váradi s a váradelőfoki káptalanokat és a jászói konventet, a kikhez az országbíró levele intéztetett, tiltsa el annak végrehajtásától és idézze meg Dolhay Pétert az országbíró törvényszéke elibe, az elmondott ügyben ítéletet veendő.

Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus suis coventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Noveritis, quod nobis feria tertia proxima post festum beati Mathie apostoli proxime preteritum, una cum nonnullis dominis prelatiis, baronibus, magistrisque prothonotariis et regni nostri nobilibus, sedis scilicet nostre judicarie juratis assessoribus, hic Bude constitutis et existentibus, Petrus de Petrova in personis nobilium Joannis de predicta Petrova et Georgii de Wanchfalva, coram personalem veniens in presenciam, protestatus est eo modo: Quomodo egregius Petrus de Dolha in presenti termino vigesimi diei festi Epiphaniarum domini, proxime preteriti, ad quam scilicet terminum universe cause regnicolarum nostrorum, breves, necnon breves brevium pariter et transmissionales, per majestatem nostram generaliter fuerant prorogate, contra prefatos exponentes quasdam literas spectabilis ac magnifici comitis Laurencii de Vylak ducis Bosnensis, judicis curie nostre adjudicatorias pariter et prorogatorias, factum jurium possessionariorum nobilis condam Michaelis Dolhay de Ruskowa in se denotantes, in dicto termino vigesimi diei festi Epiphaniarum domini, coram eodem comite Laurencio duce judice curie nostre, quasdam literas judiciales, per non venienciam ipsorum protestancium, extraxisset, quibus extractis tandem literas ejusdem adjudicatorias, pro ipsorum parte emanari facere procurasset. Factaque hujusmodi protestacione annotatus Petrus Petrovay allegavit eo modo: Quomodo ipsi protestantes admodum arduis ipsorum negociis

prepediti, ad terminum discussionis et ad citacionis cause premissis tempore debito venire nequivissent. Ideo ipse annotatum Petrum Dolhay pro habendo de premissis iudicio contra se dicti iudicis curie nostre in presenciam convocari facere vellent et cum eo gravamine, quo regni nostri requirit consuetudo, respondere prompti essent et parati. Et quia allegacio dicti Petri Petrovay justa et juri consona nobis fore videbatur et admitti debebat, pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus ad hujusmodi execucionem pretactarum literarum dicti iudicis curie nostre adjudicatoriarum faciendam et prorogandam vestrum testimonium minime dare, et neque mittere debeatis, sed si illud exmissetis, super execucione ipsas literas vestras relatorias eidem Petro Dolhay, contra jamfatos protestantes extradare non audeatis, quinocius . . . vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Jacobus et Stephanus Mirche de Vaynagh, aut Joannes de Leordina, vel Michael Bogdan de Kohnya, seu Joannes Wana de Bedew, aliis absentibus homo noster, de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus, ad Varadiensem, necnon Sancti Stephani prothomartyris de promontorio Varadinense capitulum et conventus de Jazow ecclesiarum, cui scilicet pretacte litere dicti comitis Laurentii ducis, iudicis curie nostre, sonantes accedendo, inhibet idem eandemque et eosdem ab execucione prescriptarum literarum prenotati iudicis curie nostre adjudicatoriarum, et nihilominus evocet antelatum Petrum Dolhay in premissis iudicium recepturum ad tricesimum secundum diem diei evocacionis exhinc fiende computandum, dicti iudicis curie nostre in presenciam. Litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Insinuassetque ibidem eidem, ut sive ipse, termino in predicto, coram eodem iudice curie nostre, compareat et in premissis iudicium receperit, pretactasque literas dicti iudicis curie nostre, simul cum cunctis ipsarum processibus, causa in premissa secutis, coram prefato iudice curie nostre, exhibuerit bene quidem, alioquin non obstante ejusdem Petri Dolhay absentia, idem iudex curie nostre id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Et post hec hujusmodi inhibicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocati et insinuati nomine, terminum ad prescriptum, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude tercio die termini prenotati anno domini millesimo quingentesimo decimo nono.

A leleszi konventnek 1519 április 4-én kelt, s itt alább az LVII. szám alatt közzétett jelentéséből.

LVII.

1519 április 4. András prépost és a leleszi konvent jelenti Lajos királynak, hogy fentebb, az LVI. szám alatt közlött rendelete következtében Dolhay Pétert, Petrovay János és Váncsfalvy György ellen Bedői Vana János királyi ember az országbíró törvényszéke elibe megidézte, a váradi és váradelőfoki káptalanokat pedig az országbíró ítéletének végrehajtásától eltiltotta.

Serenissimo principi et domino, domino Ludovico dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc. domino eorum graciosissimo Andreas prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oracionum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas, nos literas ejusdem prohibitorias, evocatorias et insinuatorias, nobis preceptorie loquentes et directas, summa cum reverencia recepisse in hec verba :

Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. . . .
(Lásd Lajos királynak Budán 1519 márczius 3-án kelt s itt fentebb, az LVI. szám alatt közlött rendeletét.)

Nos igitur mandatis vestre serenitatis semper et in omnibus obedire volentes, ut tenemur, una cum prenotato Joanne Wana de Bedew, homine vestre serenitatis, per eandem de curia sua regia ad id specialiter transmissio, nostrum hominem, videlicet religiosum fratrem Ambrosium presbyterum ecclesie nostre predicte conventualem, ad premissa fideliter peragenda, nostro pro testimonio fidedignum, duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt in hunc modum : Quod prefatus homo majestatis vestre, dicto nostro testimonio presente, in festo beati Benedicti abbatis, proxime preterito, memoratum Petrum Dolhay de possessione sua Tharatz vocata, in comitatu Maramorosensi existente et habita, in premissis judicium receptrum, ad tricesimum secundum diem diei evocationis exhinc facte computandum, dicti judicis curie majestatis vestre evocasset in presenciam, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuassetque ibidem eidem, ut si ipse termino in predicto coram eodem iudice curie majestatis vestre comparavit, et in premissis judicium receperit, pretactasque literas ejusdem judicis curie simul cum cunctis ipsarum processibus causa in premissa secutis, coram prefato iudice curie exhibuerit benequidem, alioquin non obstante ejusdem Petri Dolhay absentia, idem iudex curie majestatis vestre id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Preterea idem homo regius memorato nostro testimonio semper presente annotatarum Varadiensis et sancti Stephani prothomartyris de promontorio Vara-

diense ecclesiarum capitulum ab executione prescriptarum literarum prefati iudicis curie majestatis vestre adjudicatoriarum, nobis nondum exhibitarum, neque directarum, sabbatho proximo post festum annunciacionis beatissime Marie virginis, similiter proxime transactum, inhibuisset. Datum decimo die ultime diei executionis pmissis, anno domini supradicto.

A leleszi koventnek 1667-ben kiadott, néhai Szilágyi István lyceumi igazgató úr gyűjteményében levő eredeti átiratából.

Közli: PETROVAY GYÖRGY.

A DEBRECZENI DIARIUM.

— ELSŐ KÖZLEMÉNY. —

A *Debreczeni Diarium* Debreczen sz. kir. város közlevéltárának egyik vaskos kéziratkötete. 23. szám alatt a városi jegyzőkönyvek kötetei közé van besorozva, azonban helytelenül, mert ez a Diarium nem a rendes városi jegyzőkönyvek közül való. Tartalma ezt kétségtelenül nyilvánvalóvá teszi. Mostani helyeresorozóját a kötet külseje téveszthette meg, mely csakugyan hasonlónak teszi a jegyzőkönyvek XVII. századbeli köteteihez. Rendes félív-formatumú vaskos kötet. Kötése erős barna borjúbőrből való, mely a sarkokon foszladozott. A két tábla teljesen borítva vele, azonban a bőr már erősen megkopott, úgy hogy a diszitmény csak halványan látszik rajta. Hosszukás négyszögű vonalozott keretből áll ez, melynek közeibe helyeztetett kettős szalagdísz egy kisebb négyszöget zár körül; közepén magyar motívumú rozetta, négy sarkán a közép felé irányzott virágdísz látható. A kötésnek úgy elülső, mint hátulsó lapján azonos a diszitmény. Az egész egyszerű, de csinos kivitelű préselt bőrmunka. A táblákon két, régen leszakadt bőrkapocs nyoma is látható.

Az egész kéziratkötet 670 lapos, azonban nincs minden lapja beírva; számos lap félig, sok pedig egészen beiratlanul maradt. Így az 556—582-ig terjedő lapok üresek. A kötet eredetileg nem volt lapszámozva, a számozás legújabb keletű. Az első lapon a város pecsétje és a levéltári számozás látható. A 2—4. lap üresen van hagyva, az 5. lap felső harmadát egészen elfoglalja a nagy antiqua betűkkel rajzolt cím, melyhez közvetlenül csatlakoznak azután a rendes kézírással írt följegyzések. Papirosa durva, erős írópapír, különböző alakú vízjegyekkel, melyek közül legtöbbször fordul elő: egy kürt, címerpajzsból kinövő három szál virág s egy halfarkú, kürtölő triton.

A kötet két, egymást váltogató kéz írása. Ezek közül az egyik, mely a följegyzések nagyobb részét s az egyes évek elején és végén található latin verseket írta, könnyen olvasható, kevéssé dűlt, tiszta betűket vet, a másik írása dűltebb, elhányt, nehezebben olvasható, a tinta fakultsága és a közbeszúrt jegyzések vagy törlések miatt pár helyt olvashatatlan.

Hogy kinek a megbízásából és kik írták e följegyzéseket, arról biztos tudomásunk nincs. Az egykorú városi jegyzőkönyvek nem emlékeznek meg róla, hogy valaki a magistratustól megbízást kapott volna a Diarium írására, sem pedig a följegyzések folyamán sehol világos utalást nem találunk arra, ki volt a följegyzések írója.

Mégis van egy körülmény, melyből kiindulva, föltevés alapján bár, de mégis megállapíthatjuk a Diarium nagyobb részének íróját.

Mint említettem s mint az a Diarium alább közölt szövegében olvasható, a följegyzések nagyobb s olvashatóbb írással készült részének írója az egyes évek elejét és végét magaszerzésű latin versekkel vezette, illetőleg fejezte be. E versek alá nevének kezdőbetűit is odajegyezte: *S. T.* A versek jól perdülő, eléggé sikerült latin hexameterek, melyekben szerzőjük az elmúlt esztendő végén s az új elején lelkét eltöltő s leginkább városa sorsára vonatkozó érzelmeit verselte meg. Úgy ezek, mint a latin költőkből vett idézetek s a följegyzések során számtalanszor előkerülő latin terminusok és szólások kétségtelen tanubizonyosságai a Diarium írója nem mindennapi latin készülségének. Ezen a nyomon haladva, nagyon valószínűnek látszik, hogy a Diarium írója nem volt más, mint a följegyzések során több ízben szereplő *Takács István* deák (Stephanus Takács), a városi magistratus egyik irnoka, tehát deákos tanultságú, tollforgató ember, beosztva a főbíró, vagy a főjegyző mellé azzal a megbizatással, hogy a város ügyes-bajos dolgairól e mozgalmas, zajos időkben *pro memoria* rendszeres naplót vezessen. A városnak ez időben több ilyen, fizetéssel és többféle mellékjövedelemmel bíró litteratus deákja volt, kik a városi administratio sokféle írásmunkáit végezték s kik közül került ki a városi levéltár gondozója, a *registrator* is. Ezek közé tartozhatott s talán éppen a registrator volt Takács István. Főlebbvalói megbecsülték, erre mutat az, hogy több ízben vett részt a város ügyeiben járó fontosabb kiküldetésben, így — mint a Diariumból olvasható — 1683 jan. 20-án őt küldik egyik deputatusként Miskolczra »praedicator keresésére«. Hogy ő lehetett a Diarium egyik írója, némileg következtetni lehet abból is, hogy míg a számtalan követjárásban szereplő debreczeniek nevei kivétel nélkül csonkítatlanul

vannak leírva, a Takács István nevet legtöbbször csak rövidítve, így találjuk: T. István, vagy T. István Deák; a följegyzések írója mintegy fölöslegesnek találta a saját maga nevét egészen kiírni. A kisebbik rész írója valamelyik irnoktársa lehetett, a ki Takács István távollétében, vagy, ha más elfoglaltsága akadályozta, híven beleírta a napi eseményeket a Diariumba.

Tartalmilag a Diarium igen értékes és még ki nem aknázott documentumait foglalja magában a XVII. század műveltség-történetének. A hódoltság-korabeli Debreczen életének hű tükrét kapjuk benne e város legzivatárosabb öt esztendejéből. A mi említésre méltó esemény a város belső életében ez öt esztendő alatt történt, apróra följegyezve mind helyet talál e kötetben. Nagy politikai események: Thököly hadakozásai, török-, tatár-, német-, kurucz-járás, azután városi belső dolgok: bíró- és pap-tétel, alkudozások a hatalmaskodó török pasákkal, német generálisokkal, belső zavargások, adószedések, állandó és sűrű követ-járások a világ minden tája felé, birtokszerzések, rendelkezések a városi jövedelmekről, kereskedőket és iparosokat illető fontosabb végzések és sok más mindenféle városi ügyesbajos dolgok, »bántódások«, »búsulások« hűséges és pontos följegyzőre találnak Takács István deákban. Együttesen e napi följegyzések érdekes, mozgalmas képét adják egy hódoltság-korabeli nagy magyar város külső és belső életének.

Belső értékben vetekszik a Diarium a Bartha Boldizsár nevezetes Rövid Krónikájával, bizonyos tekintetben felül is múlja, mert míg Bartha Boldizsár csak a szerinte följegyzésre érdemes dolgokat örökíti meg, addig a Diarium írója a napi apró-cseprő, jelentéktelen eseményeket is följegyzí s megbecsülhetetlen szolgálatot tesz vele e kor műveltségtörténete megírójának.

Mint említettem, a Diarium anyaga még kiaknázatlan. De nem teljes egészében. A kötetet használta már *Szűcs István*, három kötetes ismert Debreczen történelmében, azonban nagyon kevés, majdnem tisztán a nagy politikai eseményekre vonatkozó adataira terjedt ki figyelme. Több hasznát vette a kötetnek *Zoltai Lajos* egyik munkájában (Debreczen a török uralom végén. Budapest, 1905.), azonban ő is aránylag keveset használt föl a Diarium rengeteg anyagából, annyit, a mennyi munkája céljének megfelelt. Más történetíró vagy kutató egyáltalán nem merített belőle. Bátran mondhatni tehát, hogy a Diarium tartalma kiaknázatlan forrásanyag, a hódoltság korának nagyértékű, feldolgozásra kiválóan érdemes, elsőrendű műveltségtörténeti forrása.

* * *

*Diarium**seu*

Consignatio Rerum memorabilium intra et circa civitatem Debreczen, dietim occurrentium incipiens ab Anno Domini Millesimo Sexcentesimo octuagesimo.

*Januarius.*¹⁾

Die 6. Gróff Thököly Imre ur ő nagysága a bujdosó magyar lovas és gyalog vitézekkel városunk alá jöven, be akar szállani, de a város népe, az előtteni sokszori quartélyozásokat tellyességgel meg unván, az hatalmas török Császár protectionalis levele mellett ellenek insurgal és az hadakat le nem csendesíthetvén, sem szép szóval sem kéressel sem magok jóakaratt yok ajánlásával, kénszeríttetik fegyvert fogni és bejövetelektől magát meg oltalmazni. Az hadak a városbelieknek magok resolválását látván és a nagy hideg jeges havas esőt kívül meg unván, a város alól vissza térnek és Szoboszlón Szavathon meg szállanak.

Die 7. Váradrul csauzok júnek városunkba.

Die 8. Ezen csauzok az urakhoz Szoboszlóra ki mennek a mi embereinkkel, ugymint Tiszteletes Gyárfás István, Barta Boldisár, Szigyártó Miklós és Ormós Mihály uramékkal a honnan a csauzok vissza jötte nek másnap, ugymint

Die 9. megírt atyánkfiái penig meg arestaltatnak.

Die 11. Az magyar hadak Ujfalura és az Brettyo mellett lévő falukra szállván követeink közzül edgyet tiszteletes Barta Boldisár uramat haza bocsáttyák, általa harmad napig való quartélt kívánván békeség fejében; de a város fogadásokhoz nem bízhatván, nem adnak.

Die 13. Nehez István és Erdődi Pál uramék ezen megbántódásunk végett (mert a be nem bocsátásért az hadak mindenütt embereinket háborgatták, verték, kinzották, ölték; marhájokat és egyéb javokat városokon falukon hittel ki vétén el praedálták) Urunkhoz ablegaltatnak.

Die 15. Az hadak a Tisza felé kezdettek szállani és által is mennek a jegen, embereinket is magokkal edgyütt el viszik, ugy mint Gyárfás István és Szigyártó Miklós uramékat.

Die 16. Városunknak fő bírája, nemzetes Balyk András ur az Basa köszöntésére a szokás szerint mind ennyi félelmek között estve el indul.

¹⁾ Későbbi kéz írásával így van kiegészítve: . . .usque 1685 mart. — 1680 Januarius 6. — 1685 mar. 27.

Die 17. Pécsi Gáspár és Csete András Uramék bizonyos dolog végett városunkba küldetvén mintegy 300 magával, a boldogfalvi kertek közzé meg szállott hadakra a közrend a tisztéknek hírek és akarattyok nélkül ki lázad, és rút zenebona esik, mellyet a Tisztek nehezen csendesítenek meg, a közrendnek nagyobb része a sok lakodalmazás miatt boros levén.

Die 19. Bíró Ur Isten kegyelméből Váradrul békével haza érkezik.

Die 22. A csauzok Váradra haza mennek.

Die 24. Gyárfás István ur az Uraktul haza küldetik bizonyos postulatumokkal.

Die 26. Gyárfás István, Barany Mihály, Szegedi Sámuel és Borbély András uraimék az Urakhoz expediáltatnak kézbeli ajándékkal, kik

Die 29. az hagyott helyen és terminuson az Urakat nem érven vissza térnek.

Die 28. Szigyártó István és Ladány János uramék az Szeles familia dolga végett Kállóban arestáltatnak.

Die 31. Az tiszt. nemes tanács adó vizsgáláshoz kezd, mely az előtt peragáltatott anno 1675. Kezdték a vizgálást az alsó járáson.

Februarius.

Die 2. Nehez István és Erdódi Pál uraimék Urunktul haza érkeznek jó válaszszal.

Die 8. Az adó vizsgálás elvégeződik.

Die 9. A beszerményi vitézek városunkra rohanván a Peterfiai kapurul a lakatot le verték, és itt benn a dolog kedvek szerint nem esvén, ki menetelekben az Péterfiai csordából 300 marhánál többet hajtottanak el, melyek nagyobb része oda vezett, a mi kevés meg került, nagy áron váltottuk ki.

Die 10. Szigyártó Miklós ur Isten gondviselése által a Groff arestuma alól Csetnekrül megszabadulván haza érkezik.

Die 11. Az el hajtott marháknak ki szerzésére Tolnai János és Fazokas Péter uramék Beszerminbe expediáltatnak, kik is ugyan ott arestáltatnak olyan praetextus alatt, hogy benn léteben az kuruczot ki vettük volna kezekbül, quod falsum.

Die 15. Ebbeli bántódásunknak megpanaszlására Urunkhoz expediáltatnak Erdódi Pál és Neki István uramék.

Die 16. Érkezvén Tokajhoz Ó Felsége commissariusával együtt Strasaldo [*sic*] Károly general, kíván tőlünk 6000 id est hatezer köből árpát, zabot és egyéb éléseket.

Die 17. Kondorosi János és Barany Mihály uraimék expediál-

tatnak Strasaldo generalhoz kivánságának leszegéséért és a beszerzeniektől el hajtott marháknak vissza adattatásáért.

Die 21. Az házak után való nyilas földeket ujonnan kezdik el osztani.

*Martius.*¹⁾

Aprilis.

Die 2. Az bujdosó magyar hadak a Tiszán által jüvén, az Urak Diószegre szállanak.

Die 8. Tiszteletes Munkácsi István ur, három holnapig fekünni nem hagyó sinlődísi után e világbul boldogul ki mulik, minek utána a tiszt. tanácsi rend között 28, s azok között a fő bíróságban két esztendőket dícsíretesen el töltött volna. Anno aetatis suae 64.

Nach erlidtnen Vielfeltigen qualen der Gefangenschaft sind wir den 6 (»VI.«)-ten tag Merzen by Abends-Zeit gleichsam heimlich und Verborgen aus der festung Leopold ausgeführet worden. Als die göttliche gnad hereingeschienen, dass wir, wie wir gehoffet, erlöset werden solten, sind wir dennoch in einen grösseren abgrund der gefahr gefallen, und durch Mähren, Östereich, Cärnthen und Steyer an das Adriatische Mittelmeer in die Schifflande zu Triest geführet worden; alwo wir aller unsrer Kleýderen und Beyhab beraubet und jederman zum gespötte dargestellet, am osterfest fast eine ganze wochen im Schiffe auf glegenheit, hinüber zufahren, warten müssen. Was und wieviel wir daselbst ausgestanden, ist unmöglich mit Zungen auszusprechen; nemlich durst, hunger, streiche, blösse und dergleichen. Nachdem wir

von da abgefahren, und nach zehen tagen darauf bey der Statt Piscaria an das Land gestossen, sind wir in eine unflätige gefangnis selbiger Statt geworffen, und dreÿ tag lang ohne einiche speisen darin verschlossen behalten worden. Dreÿ tag hernach, da wir aus solcher gefängnis herfürgezogen und durch hunger und durst ganz aufgezehret waren, hat man uns, wir wolten oder wolten nicht, gezwungen zuffuss zulauffen, und hat uns wie das Vieh fort getrieben. Wir mussten, ach leider! mit blossen füssen davon gehen. Wannher Viel in tödliche krankheit gefallen. Sind derhalb sechs von uns wegen hunger, durst und *der* ¹⁾ reise beschwerlichkeit an kräften gänzlich abgemattet, in der Statt Teatri ²⁾ (sic!) in Aprici bey dem meer hafen verblieben; mit namen der hochgel[ehrte?] H[err?] Mich[ael] Miskoltzi (sic!), der hochgelehrte Herr Stephanus Harsanÿ, der Ehrwürdige Herr Czeglédÿ, der Ehrwürdige Herr Huszti, der Ehrwürdige Herr Kóródi, der Ehrwürdige Herr Szechei (sic!). Aus welchen jez bereits einer verstorben. Doch haben wir ohn alle erbärmdere fortreisen müssen; daher geschehen, dass etliche, die von übermässiger müdigkeit, dursts- und hungersnoht an Kräften erschöpft waren auf der reÿse verscheiden; der Ehrwürdige Herr Michael Gócs, der Augspurgischen Confession, Gregorius Illÿés auch der Augspurgischen Confession zugethaner. Wir haben sie auf dem Wege ungraben (sic!) müsen ligen lassen. Und da wir also mehr als 300 Italienische meilen, welche 75 Ungarische meilen sind, gereiset, sind wir den 17. tag Meyen in der Statt Neapolis ankomen, und des folgenden tags darauf nach vielen und mancherley Versuchungen überlieferet worden auf die Galeeren zu weit grösseren qualen, als die vorige waren; dass ich sie erzellen solte, ist ganz unmöglich. Und dieses alles leiden wir wegen des wahren Gottesdiensts und um der sach' Jesu Christi willen; da Gott allein bekant, wan wir, und durch was mittel, wir werden ledig gemacht werden. Auf einer Galeeren sind wir, namlich der Hochgelehrte Herr Stephanus Sellÿei Superintendent, desgleichen derselbigen Schul Rektor Valentinus Kotsi, der hochgelehrte Herr Georgius Körmendi, Eltester des Barsinischen Becirks, der Ehrwürdige Herr Szomódi, der Ehrwürdige Herr Szodaÿ, der Ehrwürdige Herr Szentpéteri etc. Die übrige sind verlegt auf andere Ruderschiffe, der Ehrwürdige Herr Ujvári etc. Auf den Galeeren zu Neapolis sind Samuel Niclecius mit seinem Bruder Blassio Niclecio, Andreas Végh, der Ehrwürdige Nicolaus Leporinus, Nicolaus Bugán, Magister Steller, der Ehr-

¹⁾ Vagy die, olvashatatlan.

²⁾ Theatae helyett, a régi Chieti.

würdige Herr Michael Paulovicz und Trivkovics, welche alle der Augspurgischen Glaubens-Bekentnis zugethan. Bereits hat von unserer Gesellschaft der Hochgelehrte Herr Stephanus Szilvási die Marter-Cron erlanget und verrichtet die gesandschaft vor Gott.

Aus diesem wenigen müsen die Herren viel andere Ding abnehmen; dan ich kan nicht alles von stük zu stük beschreiben. Derhalb bitt ich Euch hoch und getrungenlich, ihr, meine getreue und liebe Herren, durch die Barmherzigkeit Jesu Christi, bedenket meinen Zustand und haltet zugleich eine Rechnung meiner unschuld; vielleicht wird sich Gott meiner und der meinigen erbarmen, und gleichwie er Jonam aus dem Bauch des Wallfisches, den Daniel und die 3 Jüngling, item den Petrum erlöset hat, auch uns erlösen. Dan wir sind, sein Augapfel, über Vermögen versuchet worden.

Wan dieses Sendschreiben den Herren zukommt, so wolle sich mein Bruder, Herr Stephan Literati, *nicht* beschweren, gen Wien hinauf zureisen und daselbst des wol Edlen Herrn Georgy Völkzör Factoren ernstlich nachzuforschen. Dieser ist ein recht Gottesfürchtiger und in der Liebe Gottes eýferiger Kauffmann in der Statt Neapolis, der sich mit unserer Ledigmachung schon lange bemühet. Sein factor zu Wien kan berichte nach Wien übersenden, so wird alsdan der wol Edle Herr Völczor mir darreichen, so die Herren etwa eine summa gelts zusammen schiessen und des Herrn Georgy Völczör Factoren nach Wien zusenden solten. Er würd alsdan das Geschäft unserer Los-machung »des« (= desto) hurtiger (= schneller) und gwusser treiben; dan also hat uns dieser Gottfálige (= Gott[wohl]gefällige) Mañ geantwortet: Wan mich nur jemand von euch versicherte, so wolte ich Euch in kurzem ledig machen; es ist nur des gelts vonnöhten: wer aber wolt mir eine solche summa gelts widerum gut machen? Nachdem es nun also beschaffen, so wollen doch die Herren auch die Papäischen Herren, des Hochgelehrten Herrn Superattendentis (sic!) Zuhörer mit Grunden bewegen, dass sie unser eine rechnung haben. Damit befehl ich die Herren samt der ganzen Gemein der Göttlichen fürsehung.

Gegeben auf der Galeeren zu Neapolis, genant Sanctus Januarius den letzten tag Julii 1675.

Die Herren Weýland Kirchendiener, nun aber um der Wahrheit Christi willen gefangner und übel geplagter

Georgius Alistaly.

Egykorú német fordítás magyar vagy latin eredetiről. Zürichi Staatsarchiv E. II. 456. jelzésű kézirat 807. lapjáról. Címzés hiányzik. Széljegyzeten: Alistáli levele a szónyi gyülekezethez.

V.

Triest, 1675. augusztus 13. Beregszászy István, Gömöri János, Tökölyi István, Czabányi János, Glovinszky János, Rimaszombati János, Rohácsi János, Szentkirályi András, Johannidesz Fülöp, Szalai János, Kállai István, Szendrei György, Raffai János, Csutka János, Szentpéteri István fogoly lelkészek levele Zaffusz Miklós velencei orvoshoz, melyben élénk színekkel festik helyzetüket, elmondják, hogy lázadás ürügye alatt törvényszék elé állítottak, de tulajdonkép vallásukért üldöztetnek, és mivel lelkiismeretük ellenére a térítvényeket nem írhatták alá, különböző börtönökben egy egész évig és egy hónapig mindenféle kínzásokkal gyötrettettek és július 2-án a hazából kihajtottak s mint közönséges gonosztévőket eladták a gályákra. A Krisztus sebeire kéri, vegye fel ügyüket és segítse be őket az arany szabadság boldog révpártjába, hírneve csak növekedik, ha értük a keresztyén államoknál, Hollandia hatalmas rendeinél, Nagybritánia győzhetetlen királyánál közbelép és azokat fejrázza, kéri hogy eladatási árukat, 1500 tallért tegye le, mit ha ezúttal nem tehetne meg, álljon jól értük valamely kereskedőnél, míg ezt előteremthetik.

Excellentissime, Doctissime Domine Colendissime!

Salutis utriusque integritatem, et si quid eâ melius dari potest, devote praecati, nostra humilia cum demissione insinuamus servitia!

Celeberrima Czoffiana in his orbis Christiani partibus famâ ducimur ad excellentissimum Dominum, non aliter quam illi, qui post multas et longas naufragii procellas, enervati viribus, raptato spiritu anhelant ad portus tranquillitatem: Naufragio et longo et satis periculoso exposuit nos novercans patriae nostrae quondam felicissimae Hungariae fortuna. In qua dum degene res aliqui filii: annis superioribus rebellionem nefandam ordiri attentassent, cum multis aliis innocentibus, tum nobis miseris, rebellionis et infidelitatis adusserunt notam. Ob quam anno superiori 1674 mense Martio per fiscum regium ad dandam de eo rationem Posoniam citati fuimus ibique nolentes volentes, sub iudicibus a die 5. ejusdem mensis ad 4. usque Aprilis stare coacti sumus, usque dum sententiam condemnatoriam audivimus.

Verum tamen toto illo iudiciorum extraordinariorum tempore, gratiae Suae Sacratissimae Regiae Maiestatis, per episcopos, archiepiscopos et plurimos politicos, comites, barones, nobiles offerebatur, eo tamen fine, ut vel sponte officiis nostris ecclesiasticis nos abdicaremus, vel vero relictis dulcissimae patriae

sedibus, in exterris (sic!) regionibus mansiones quaereremus. Et hinc facile erat colligere, non ob rebellionem, sed religionem potius hoc fieri. Repetita sunt postulata ista coram nobis plus millies, post sententiam latam, siquidem post eam duobus mensibus ibidem Posonii in hospitiiis privatis, arestati quasi detinebamur. Sed quia hoc facere conscientiae cura non permisit, siquidem nullius unquam rebellionis nobis conscii eramus, ad carceres tandem foedissimos detrusi, et ibi miris modis toto anno et uno mense vexati sumus, ferro videlicet catenis, laboribus inconsuetis, fame, siti, nuditate, frigore et sexcentis aliis.

Die posthac 2. Julii anni praesentis e carcere eductos, et extra limites Hungariae evectos, in ferro tamquam homines sceleratissimos, ad mare traducendos, et vendendos in manus militum caesareanorum tradiderunt. Hinc nihil aliud restare nobis videmus, quam vitam mortiferam, vitam doloribus maximis, laboribus importabilibus plenam. Ibi sunt hi fluctus vere frementis maris, Excellentissime domine, qui nos ad gratiosos Excellentissimae Vestrae compellunt pedes; Clamamus post Deum ad excellentissimum dominum: Domine, serva nos, perimus! Rogamus per profunda divinae misericordiae viscera, per cruenta salvatoris Jesu vulnera, per nomen Christianitatis pretiosum, nobis cum Excellentissima dominatio Vestra commune, porrigat nobis in tanto naufragii periculo secundas aliquas tabulas, quarum beneficio enatare et ad portum libertatis aureae adnavigare queamus. Non erit, Excellentissima Vestra pauperior, si de propriis facultatibus in nostri liberationem aliquod erogaverit. Non erit etiam fama illius minus celebrior, si se pro nobis apud Christianos benignos energetas interposuerit, nominatim apud potentes et insignes Belgii ordines, Magnaeque Britanniae regem invictissimum, eosdemque vel per se, vel per sacri evangelii ministros ad id incitaverit, ut ducti Christiani officii ductamine (sic!), pecuniam de venditione nostra pactam videlicet tall . . 1500 deponere non difficile ducant. Imo si hac via non successerit, optime miseriam nostram levare poterit, dum istam pecuniae summam ab aliquo mercatore mutuo ad tempus accipiet et, et sponsorem pro nobis aget, quod cum foenore statuo tempore parati erimus, si vero pro prudentia et discretione sua praeter haec aliud aliquod remedium mali nostri invenire poterit, illud; Illud committimus singulari Excellentissimae Vestrae sapientiae. Deus munificus omnia talia benefacta compensabit copiosissime. Nos, donec vixerimus, obligatissimi servi manebimus, praepriis in continua devotione.

Actum Triesti Anno 1675 die 13. Augusti.

Excellentissimae, Doctissimae Dominationis Vestrae obligatissimi clientes evangelici ministri numero 15.

Stephanus Beregszászi.
 Johannes Gömöri.
 Stephanus Tökölyi.
 Joannes Czabani.
 Johannes Glovinský.
 Johannes Rimaszombathi.
 Johannes Roháczius.
 Andreas Szentkirályi.
 Philippus Johannides.
 Johannes Szalai.
 Stephanus Kállai.
 Georgius Szendrei.
 Johannes Raphaidis.
 Johannes Csutka.
 Stephanus Szentpéteri.

Manibus propriis.

A zürichi Staatsarchiv E. II. 456. jelzésű kéziratának 811. lapján meglevő egykorú másolatról.

Közli: THURY ETELE.

KIADATLAN OKLEVELEK.

Uj sorozat.¹⁾

— ELSŐ KÖZLEMÉNY. —

I.

1307. *Hetény decz. 4. Tamás esztergomi érsek megengedi Bodók fiainak, hogy Kis-Bucsányon kápolnát építhessenek.*

Nos Thomas dei gratia archiepiscopus strigoniensis ejusdemque loci comes perpetuus memoriae commendamus significantes quibus expedit universis per praesentes, quod *Petrus et Nicolaus filii Bodok nobiles in Kis Bucsán* ad nostram accedendo praesentiam summa nobis conquestione demonstrarunt, quod quia ecclesia b. Georgii de *Maniga*, ad quam ipsi de jure pertinere dinoscunt, nimium distat ab iisdem, magnum dispendium salutis paterent ac gravamen animarum suarum formidarent sive detrimentum, tum ex eo, quia vota sua, ut deberent, continue propte eandem distantiam non possent effundere suo creatori, tum etiam

¹⁾ Lásd a Történelmi Tár 1908. évf. III. és IV. és 1909. évf. I. füzetét.

pro eo, quia plurimi de ad ipsos pertinentibus absque procuratione et percceptione divinatorum mysteriorum, videlicet receptione corporis dominici et unctione sancti olei viam universae carnis ingressi fuissent, quare licentiam aedificandi capellam sive oratorium in villa sua Kis Bucsan praedicta a nobis habere postulerunt; verum quia nobis veritas non constabat de praemissis, dilecto nobis in christo . . . archidiacono de Granua exequi severe commisimus harum rerum veritatem, qui in conscientia sua rescripsit praemissa dicta illorum concludere et communem veritatem. Unde nos, prout ex officio et cura pastoralis paternali divinitus nobis commissit incumbit, volentes praecavere dispendia animarum gregis nobis concediti ut teneremur, ipsorum, instantissimis supplicationibus annuentes admisimus, quatenus in eadem villa Kis Bucsan capellam seu oratorium honori b. Margaritae virginis aedificent ex nostra licentia et permissione pastoralis, tamen sine praepudicio matris ecclesiae S. Georgii Martyris supradictae, ita videlicet, quod in eadem capella missas et alia divina officia capellanus de eadem prope residens valeret exercere, baptisteria, catechisationem, confessionem et unctiones infirmorum possint percipere ab eodem tempore necessitatis incumbente, excepta sepultura, quod matri ecclesiae supradictae mandamus praesentibus reservari, sicut antea fuerat consuetudo. Ceteras etiam obventiones seu proventus ejusdem matris ecclesiae, scilicet decimas et similia quae sunt de specialibus proventibus dominicae ecclesiae iidem ipsi matri ecclesiae ad plenum administrare teneant. In cujus rei testimonium praesentes concessimus authentici praesentis sigilli nostri communitas. Datum in Heten secunda feria proxima ante festum b. Nicolai confessoris A^o 1307.

Knauz hátrahagyott iratai között lévő régi másolat, melynek értelmében az eredetije »Publ. Eccl. XXI. n. 6 et n. 7 ad Annal. 1307 sz.« alatt található. Miután azonban II. Tamás esztergomi érsek számos okirata, melyeket Knauz a »Monumenta Eccl. Strigoniensis« című gyűjteményében közzétett, eredetiben az akkori kamarai levéltár »Acta Eccl.« című iratcsomagában voltak elhelyezve, valószínű, hogy oklevelünk eredetije szintén ezen »Acta Eccl.« között található.

* * *

Közleményünk egy felette érdekes, de eddig homályos családtörténelmi kérdésre döntő felvilágosítást ad. Tudjuk, hogy a Hont-Pázmán nb. nyitrai megyei Szegi család tagjai birtokaikat 1267-ben maguk között felosztották. Ezek között szerepelt bizonyos Majs fia Bodók, kinek fia Miklós 1309-ben az osztályozási oklevelet átiratja. Fejér XI. 422. szerint ezen Bodók a Hont-pázmán nb. Bucsányi és Korlatkői családok egyenes őse, de ennél többet nem is tudunk róla. Én azonban Fejér adatát már azért is alaposnak tartottam, mert erre nemcsak a nevezett két család pecsétjeiben kimutatható Hontpázmán-nemzetségszéke címere, hanem egyéb nyomós érv is vall.

Találkozunk ugyanis 1473 és 1492-ben alsó-bucsányi Bodók Ozsváttal, ki Korlátközi II. Ozsvát oldalán Bucsánban birtokol és hogy mindkét család képviselői Komárommegyében már a XV. század kezdete előtt birtokolnak, kiknek egyik ága a bucsányi Bodók nevet viseli (Csánki III. 520.), arra nézve azonban, hogy a nyitramegyei Bucsán már a régiebb időben is a Szegiek birtokában lett volna, biztos adat nem állt rendelkezésünkre.

Miután mindezekről más helyen akarok bővebben értekezni, itt csak azt akarom kiemelni, hogy okiratunk már most czáfolhatatlanul bebizonyítja, hogy az 1267-ben szereplő Bodóknak Miklóson kívül még egy Péter nevű fia volt és hogy mindketten nemcsak (Kis-) Bucsányon, hanem a nyitramegyei galgóczi járásban még most is létező Maniga (tótul Malzsenice) nevű helységben is birtokoltak.

2.

1321 aug. 17. A pozsonyi káptalan bizonyítja, hogy Imre érseki nemes Boch nevű birtokának egy részét Benedek fiainak eladta.

Universis christi fidelibus praesentes litteras inspecturis capitulum ecclesiae posoniensis salutem in domino sempiternam. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod constitutus personaliter coram nobis *Emiricus filius Decz* nobilis jobagio archiepiscopalis *de villa Boch* ab una parte, *Nicolaus et Petk filii Benedicti de eadem* ab altera, idem Emiricus est confessus oraculo vivae vocis, quod ipse ratione necessitatis suae quemdam fundum curiae in eadem *villa Boch* existentem ipsum hereditarie contingentem, cum terris arabilibus seu agris ac cum omnibus utilitatibus suis, quas habere dinoscitur, eisdem Nicolao et Petk et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus cum permissione et bona voluntate omnium vicinorum et cognatorum suorum pro quinque marcis denariorum wiennensium, quamlibet marcam cum singulis decem pensis computando, plene ab eisdem receptis, vendidisset, dedisset et tradidisset, jure perpetuo irrevocabiliter possidenda, habenda et tenenda. In cujus rei testimonium praesentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octavis beati Laurentii martiris anno domini Mo CCCo vigesimo primo.

Vörös selymen függő pecséttel. Eredetije a pozsonyi káptalan országos levéltárában. Čapsa 14. fasc. 2. nr. 17. alatt.

* * *

Villa Boch 1317-ben fordul elő mint község; 1319-ben már mint *Bochfolua* és minden valószínűség szerint a mai *Bácsfa* Pozsonymegyében. 1319-ben Dezső fia Jakab ottani birtokos az esztergomi érsek nemes jobbágya (Knauz II. 762.), miből biztosan következtethető, hogy az okiratunkban szereplő Decz név csak a Desew ferdítése.

3.

1322. ápr. 3. *A somogyi konvent jelentése, hogy Dese nevű nemest a Kislakiak megsebesítették.*

Viris nobilebus comiti *Stephano vicejudici* magistri *Nicolai comitis Symigiensis* et quatuor iudicibus nobilium comitatus ejusdem conventus monasterii beati Egidii de Symigio debitum amicitiae et honoris. Noveritis, quod receptis litteris vestris cum *Petro filio Lada de Sarliz* (?) homine vestro ad exsequenda quae in ipsis litteris vestris continebantur, *Petrum Scolarem*, hominem nostrum in testimonium transmisimus, qui postmodum una cum eodem ad nos reversus nobis recitavit, ut idem homo vester in sui praesentia a quibus decuit et licuit scivisset diligenter inquirendo, quod feria tertia ante dominicam Laetare (márcz. 16.) *Andreas et Paulus filii Omodei*, nec non *Jacobus filius Petri de Kyslouc* post horam vespertinam ad domum *Dese* armatis manibus potentialiter veniendo, ipsum *Dese* de domo sua exclamassent (így) et cum ante portam suam in medio eorum advenisset, per *timpora capitum* praedictum *Dese* ad terram subtrusissent et cum bicello in tribus locis *nervos pedis sui sinistri abscindere volendo* tria vulnera sibi in(flix)issent; audita ea, domina consors ejusdem *Dese* ad defendendum maritum suum percurrisset, eam (etiam) in medio eorum maritum suum defendentem, enormiter trusissent hac et illac. Datum sabbato ante dominicam Ramispalmarum anno domini Mo CCCo XXmo secundo.

Pecsétje nincs. Eredetije az esztergomi káptalan országos levéltárában. Capsa 14. fasc. 6. nr. 13 alatt.

* * *

Sarliz ferdített név; lehet hogy *Zselicz*-ről van szó.

Kyslouc a mai Szöllős-*Kis-Lak*.

Érdekes a tettleges bántalmazás különös részletezése.

4.

1322 jun. 6. *A pozsonyi káptalan tanúsítja, hogy Vöki Péter özvegye hitbéri követeléseit megkapta.*

Universis christi fidelibus praesentes litteras inspecturis capitulum ecclesiae posoniensis salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod *Katherina filia Laurentii filii Leupoldi de insula castri Hedrici relicta Petri filii Petirke de Wilk* ab una parte, *Paulo filio dicti Petirke de eadem Wilk* ab altera, coram nobis personaliter constitutis sunt confessi oraculo vivae vocis, quod licet mota fuisset

materia quaestionis inter ipsos super dote et rerum paraphernalium ejusdem dominae Katherinae quondam consortis dicti Petri fratris Pauli antedicti et sic inter se fuissent altercati, ad ultimum tamen propter bonum pacis, in talem pacis unionem devenuissent, quod eadem domina Katherina ratione dotis suae et rerum paraphernalium suarum praetactarum tres marcas denariorum Wiennensium plenarie receptis et integre, et siceundem Paulum ratione dictae dotis et rerum paraphernalium praedictarum reddidit liberum et omnino expeditum; obligando se, quod quicumque processu temporum eundem Paulum aut suos successores ratione dictae dotis et rerum paraphernalium saepedictarum vellet forsitan molestare, extunc eadem domina Katherina teneretur in omnibus defendere et tueri. In cujus rei testimonium prasentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo sanctae trinitatis anno domini Mo CCCo vigesimo secundo.

Zöld selymen függő pecséttel. Eredetije a pozsonyi káptalan házi levéltárában. Capsa C. fasc. 8. nr. 86.

* * *

Insula castris Hedrici. Ezen castrum Hedrici vagyis Hédervár nézetem szerint nem Györmegyében, hanem a pozsonymegyei Csallóközben feküdt (v. ö. Történelmi Tár 1907. évf. 189.)! valószínűleg azon Hedrych nevű várral azonos, melynek 1336-ban Tröttel Miklós pozsonymegyei főispán a várnagya.

Wilk, helyesen *Völk* a pozsonymegyei felsőcsallóközi járásban lévő *Vök* (Niklasdorf = Nikelsdorf), melynek első okirati felmerülése 1260-ra esik. Kétséget nem szenved, hogy *Wilk*, *Welk*, *Wiluk* stb. a már igen korán felmerülő *Völök* személynév változatai s hogy *Vök* helység egy *Völök* nevű birtokostól vette nevét. »*Velek*« (= *Völök*) pedig *nem más, mint a szláv Vlk vagyis Farkas*. Első viselője tudtommal azon *Völök* herceg, kinek leánya a Borsodmegyében törzsökös Miskócz nb. Bars comeshez ment férjhez. Előfordul e név, *Welk* alakban (1266-ban) a Hontpázmán nemzetség egyik ágában is.

5.

1322. aug. 20. A pozsonyi káptalan bizonyítja, hogy a Szentlászló—*Pakai* nemesek ottani birtokuk egy részét eladták.

Universis christi fidelibus praesentes litteras inspecturis capitulum ecclesiae posoniensis salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod constituti personaliter coram nobis *Johannes . . . Thomas filius Budou, Mathyas filius Husuet, Paulus filius Egidii et Marcus filius Ch . . . de Paka sancti Ladislai* pro se et pro omnibus populis ejusdem villae, ut dixerunt, ab una parte, *Martinus . . . de Suul* et (*Paulus . . . et Petrus filius Wendeg*) *de Gurchka*, sicut

se nominarunt, ab altera, iidem Johannes, Thomas, Mathyas et Paulus . . . quod ipsi unum locum sessionalem in vicinitate *Johannis filii Petri* ab inferiori parte in dicta villa Paka ex(istentem, ipsos) de jure contingentem, cum terris arabilibus, aquis . . . et cum omnibus aliis utilitatibus et pertinentiis sibi annexis, sicut quaelibet sessio in eadem villa habere dinoscitur, eisdem Martino et Paulo dimidietatem dictae sessionis cum utilitatibus suis et aliam dimidietatem Petro filio Wendig memorato, similiter cum suis utilitatibus et cum eisdem libertatibus, sicut ipsi possidere (így!), pro octo marcis plene ab eisdem receptis vendidissent, dedissent et tradidissent, jure perpetuo irrevocabiliter possidendam, habendam et tenendam. Praeterea, quicumque processu temporum de dicta villa alienari ad eandem redire voluerint, et sessiones suas vel alienas sessiones et quilibet alii titulo compararent emptionis, extunc pretium earundem aequaliter cum dictis Martino et Paulo ac Petro dividere et participare tenebuntur. In cujus rei testimonium praesentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Stephani regis anno domini Mo CCCo vigesimo secundo.

Pecsétje vörös-sárga zsinegen függött. Eredetije szakadozott és elhalványult. A pozsonyi káptalan országos levéltárában. Caps. 36. fasc. I. nr. 39 alatt.

* * *

Paka sancti Ladislai (= Szent László—Paka) nevű pozsony—csallóköz helységre először akadok 1317-ben és akkor Beke és Szász-szal határos (Kn. II. 735). Most e vidéken csak Csukár-, Kis- és Nagy-Paka helységeket ismerünk.

Paka helység felmerül 1250-ben mint az udvarnokok földje s miután ugyanazon évben bizonyos Paka a csallóközi udvarnokok ispánja, bizonyosnak vehetjük, hogy a helység egy Paka nevű úrtól nevét vette.

Suul az alsó-csallóközi járásban lévő *Süly*, melylyel még találkozunk. *Gurchka* az ugyanazon járásban lévő *Dercsika*.

6.

1322. decz. 24. *A pozsonyi káptalan előtt Abonyi Domonkos egy-néhány hold földet rokonainak ad el.*

Universis christi fidelibus praesentes litteras inspecturis capitulum ecclesiae posoniensis salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod constitutus personaliter coram nobis *Dominicus filius Andreae* sicut se nominavit *de Abany* pro se et pro *Iwan fratre suo* prout dixit, ab una parte, *Laurentius filius Borthol de eadem* similiter pro se et pro *Jacobo fratre suo de eadem*, ab altera, idem *Dominicus* est confessus oraculo vivae vocis, quod ipse de terris

suis hereditariis tria jugera terrarum arabilium, unum juger videlicet *in angulo Gaat circa finem pontis Benke*, secundum juger circa arborem piri Marius (igy) in vicinitate terrae *Blasi filii Buda* et tertium juger inter terras *Mochó et Petri filiorum Simonis*, prout dixit, existentia, eisdem Laurentio et Jacobo *proximis et cognatis suis* et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus, cum permissione et bona voluntate omnium cognatorum et vicinorum, sicut dixit, pro triginta pensis denariorum wiennensium plene ab eisdem receptis, vendidissent, dedissent, et tradidissent jure perpetuo irrevocabiliter possidenda, habenda et tenenda. Obligande se, quod quicumque processu temporum eosdem Laurentium et Jacobum ratione dictorum jugerum vellent forsitan molestare, extunc iidem Dominicus et Iwan cum suis successoribus tenerentur expedire popriis laboribus et expensis. In cujus rei testimonium praesentes ad petitiones praedictarum partium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in vigilia nativitatis domini nostri ihu (igy!) christi anno ejusdem Millesimo trecentesimo vigesimo secundo.

Hártya ; vörös selymen a pecsét. Eredetije a pozsonyi káptalan országos levéltárában. Capsa 14. fasc. 1. nr. 1 alatt.

* * *

Abany a pozsonymegyei *Abony*. Jelenleg van *Nagy- és Sik-Abony* az alsócsallóközi járásban. 1236-ban *Oboni* néven szerepel és akkor arról értesülünk, hogy lakosai illetve birtokosai azon csehektől származtak, kiket III. István ott letelepített (Fejér IV. 1., 59). 1298-ban már *Feloboni* néven szerepel, melynek egyik részét az Olgyaiak kapják. *Alsóabonyon* akkor Vén András és bizonyos *Syke* a birtokosok (Hazai oklevéltár 165.) és utóbbtól megkaphatta a helység a *Sikabony* nevet. A felsőabonyi birtokosok sorában ugyanakkor *Sike*, *András* és *Bartal* is szerepel; a két utóbbinak utódait nevezi okiratunk.

7.

1323 ápr. 27. *Boleszló esztergomi érsek Hambato fiát, Henriket Marcsamagyar nevű birtokban megerősíti és az érseki nemesek sorába felveszi.*

Boleslaus miseracione divina archiepiscopus Strigoniensis ejusdem loci comes perpetuus, dux Tostensis, omnibus christi fidelibus praesens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam tam praesentium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod *nobilis vir Henricus filius comitis Hambatonis* ad nostram accedens praesentiam, exhibuit nobis litteras super quadam possessione *Marchamagar* vocata pendentem cum sigillo venerabilis in christo patris domini Thomae,

eadem gratia quondam archiepiscopi Strigoniensis praedecessoris nostri confectas, hunc tenorem continentes :

(Következék Károly királynak egy erre vonatkozó levele.)
 petens a nobis cum instantia quod quia domina *Katherina relicta quondam Stephani dicti Kurczmanni eidem matrimonialiter*, ipso Stephano de mundo translato ad patrem, *extitit copulata*, ex qua divina providente clementia *filium procreavit* et eandem possessionem a cognatis et proximis ipsius Stephani emptioni titulo comparatam, dominae praedictae uxoris suae ac filiorum suorum sibi attraxerat pacifice possidendam, prout in litteris honorabilis capituli posoniensis plenius vidimus contineri, eadem gratia speciali qua idem Stephanus per dominum Tho(mam) archiepiscopum strigoniensem extiterat dotatus, eundem Henricum cum filiis et heredibus suis in cetum nobilium jobagionum nostrorum possessione cum eadem recipere et colligere dignamur. Nos igitur ejusdem Henrici pretionibus justis et legitimis annuentes, sperantes in persona sua de suis fidelibus famulatibus adeo ex debitis sic ex notis posse relevari, litteras praedecessoris nostri approbantes et confirmantes, eundem in numerum et cetum nobilium jobagionum nostrorum cum filiis et heredibus suis cum praefecta possessione Marchamagar vocata paternaliter duximus recipiendum, volentes, ut idem Henricus eadem libertate gaudeat, qua ceteri jobagiones ecclesiae nostrae fruuntur et gratulantur. In cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem praesentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno domini Mo CCCo XXIIIo feria quarta proxima post festum beati Georgii martiris.

A pozsonyi káptalan 1323 nov. 1-én kelt határjáróleveléből, melynek eredetije a pozsonyi káptalan országos levéltárában Capsa 9. fasc. M. nr. 2 alatt őriztetik.

* * *

Marchamagyar a mostani *Nagy- és Kismagyar* pozsony-csallóközi helységek régibb neve. Chetó vagy Chotó fia Henczlin 1313-ban ottani birtokát az esztergomi érsekségnek engedi át, mire az ér ek ezt még ugyanazon évben Altman fiának: Kurczmann István pozsonyi polgárnak adományozza. Ennek özvegye Katalin 1323-ban Hambato volt pozsonyi bíró fiának Henriknek a neje, (Magyarra nézve lásd különben Fejér X. 6, 149. és 164. old.)

8.

1323 Pozsony jún. 18. Pozsonymegye tisztikara bizonyítja, hogy Deáki nevű birtok a pozsonyi káptalannak visszaadatott.

Nos magister *Nicolaus comes Posoniensis* et *Andreas de Churle*, *Petrus de Gutur*, *Lippoldus de Paka* et *Walentinus de*

Werekne iudices nobilium de eodem significamus universis quibus expedit praesentium per tenorem, quod cum nos ad mandatum et praeceptum excellentissimi principis domini Karoli dei gratia illustris regis Hungariae domini nostri, de restituendis possessionibus ecclesiae posoniensis nobis per suas patentes litteras factum et commissum, nobilem virum *Nicolaum filium Elek de Cytrawag* hominem nostrum et *Dominicum filium Damiani de Beel* jobagionem castrum posoniensis reambulandam et restituendam quamdam possessionem dictae ecclesiae posoniensis *Dyaky* vocatam, si contradictores non apparerent, una cum honorabili viro magistro Nicolao praeposito posoniensi misissemus, iidem Nicolaus et Dominicus ad nos tandem reversi, nobis concorditer retulerunt, quod cum ipsi villam seu possessionem *Dyaky* praedictam, *juxta aquam Palazow* in comitatu Posoniensi existentem, per metas seu terminos et distinctiones antiquas, convocatis omnibus vicinis et commetaneis reambulassent et nullus contradictor seu prohibens apparuisset, praedictam villam *Dyaky* vocatam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis statuissent eidem praeposito et ecclesiae posoniensi pacifice tenendam et possidendam. Nos vero dictis eorundem Nicolao et Dominico fidem plenam adhibentes, cum idem praepositus manifeste ad scitum quasi omnium nobilium et aliorum hominum comitatus posoniensis super reambulatione et restitutione praedictae villae et aliarum possessionum dictae ecclesiae posoniensis modo debito et ordine processisset et quia etiam contra eundem praepositum et ecclesiam posoniensem nullus coram nobis apparuit contradictor seu agens, restitutionem dictae possessionis *Dyaky* vocatae, per eosdem Nicolaum et Dominicum factam, auctoritate regia nobis demandata approbantes et confirmantes, praesentes eisdem praeposito et capitulo posoniensi praedictae rei testimonium et firmitatem concessimus litteras nostrorum munimine sigillorum roboratas. Datum Posonii sabbato proximo post festum beatorum wyty (így) et Modesti martirium anno domini Mo CCCo XXo tertio.


Károly királynak 1326. nov. 17-én kelt átiratából, melynek eredetijén sárga-vörös selymen függő kettős pecsét töredéke van. Eredetije a pozsonyi káptalan házi levéltárában. Capsa D. fasc. 7. nr. 66 alatt őriztetik.

* * *

Cytrawag annyi mint »Vág inneni«, jelen esetben tehát sem hely-, sem személynév, hanem csak azt akarja kifejezni, hogy ezen Elek fia Miklós a váginneni vidékből való. 1320-ban említi a pápa adószedője az »ecclesia de *Últrawag*«-ot, a miből következtethető, hogy egy ily nevű helység tényleg létezett. Ha tehát egy *Cytrawag* is létezett, akkor már régen tűnhetett el, miután 1323 után már nem említik. Hogy ki lett légyen ezen Elek fia Miklós, egyelőre ismeretlen. Midőn IV. Béla 1237-ben a pozsonyi

megyei Akoli Benedek és az esztergomi érseknek prácsai népei közötti viszályok ügyében intézkedik, a tanúk sorában Miklós fia Elek is szerepel és így nagyon valószínű, hogy Miklósunk ezen Elek fia.

Beel a jelenlegi Magyar- és Németbél pozsonymegyei községek egyikével azonos. Alább majd meglátjuk, hogy már a XIV. században is Németbél létezett. A Béli nemesek 1292-ben merülnek fel. Fenti Domonkos stemmája a következő:!



Dyaky, helyesen *Deáki* nem a galántai járásban még létező Deáki, hanem, mint a *Történelmi Tár* 1908. évf. 390-ik oldalán láttuk, *Kis-Körmösd* helységnek akkori neve. A Deáki névre megjegyzendő, hogy ez kétségtelenül egy »Deák« melléknevű birtokossal állt összeköttetésben; így látjuk 1334-ben, hogy a galántai járásban lévő Deák melletti Kossut egyik birtokosa »Petrus Dyak« (Anjoukori okmánytár III. 125.)

Palazou, helyesen *Pályázó*(?) a mostani *Feketevíz* nevű folyó neve, mely 1252-ben mint »*plaza*«, 1253-ban pedig mint »*palasa*« szerepel.

9.

1323. Pozsony jún. 18. Pozsonymegye alispánja és szolgabirái a pozsonyi káptalant *Obka* és *Kusey* birtokokba visszahelyezik.

Nos magister *Petrus curialis comes Poseniensis* et *Andreas de Churle*, *Petrus de Guttur*, *Lepoldus de Paka* et *Walentinus de Werekne* iudices nobilium significamus universis quibus expedit, praesentium per tenorem, quod cum nos ad petitionem discretorum virorum magistri Nicolai praepositi et capituli ecclesiae posoniensis nobilem virum *Nicolaum filium Eleek* hominem nostrum et *Dominicum filium Damiani de Beel* jobagionem castri posoniensis ad reambulandas et restituendas possessiones dictae ecclesiae posoniensis in comitatu posoniensi existentes, si contradictores non apparerent, una cum ipso praeposito misissemus, iidem Nicolaus et Dominicus ad nos reversi, unanimiter retulerunt, quod duas terras dictae ecclesiae posoniensis, unam videlicet *Obka* vocatam, quae est inter ecclesiam seu villam s. *Michaelis* et inter terram *Meerche quondam* et aliam *Kusey* nominatam, quae est inter ecclesiam seu villam s. *Jacobi* et inter villam similiter *Kufey* (így!) vocatam, convocatis omnibus vicinis et commetaneis dictarum terrarum per metas seu terminos et distinctiones antiquas reambulassent et cum nullus apparuisset contradictor seu prohibens, terras ipsas cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis eidem praeposito et ecclesiae posoniensi restituissent

auctoritate nostra pacifice tenendas et possidendas. Nos vero dictis et verbis eorundem Nicolai et Dominici fidem plenam adhibentes, cum idem praepositus manifeste ad scitum nobilium et aliorum hominum comitatus posoniensis super reambulatione et restitutione praedictarum et aliarum terrarum dictae posoniensis ecclesiae modo debito et ordine processisset et quod etiam coram nobis contra eundem praepositum et ecclesiam posoniensem nullus super praedictis terris apparuit contradictor vel agens, restitutionem praedictarum terrarum Obka et Kusey vocatarum, per eosdem Nicolaum et Dominicum factam approbantes et confirmantes ratificamus. In cujus rei testimonium et firmitatem praesentes sigilli magistri Nicolai comitis Posoniensis domini nostri et nostrorum sigillorum appensione fecimus communiri. Datum Posonii sabbato proximo post festum beatorum viti et Modesti martirium Anno domini Mo CCCo vigesimo tertio.

Pecsétjei hiányoznak. Eredetije a pozsonyi káptalan házi levéltárában Capsa C. fasc. 11. nr. 123 alatt.

* * *

Obka, helyesen *Apka* eltűnt pozsonymegyei helység. W. XI. 172., mely szerint 1223-ban felmerül, hamisítvány. Legelőször említik 1269-ben (W. III. 202.) és akkor a pozsonyi káptalané. Egy 1326. évi határjárás szerint Diószeg, Páld és Mácséd környékén feküdt. (A. II. 250.)

Kuzey-ről majd alább.

10.

1323. Pozsony jún. 18. Pozsonymegye tisztikara jelentése, hogy a pozsonyi káptalannak egynéhány pozsonymegyei birtokát meghatározta.

Nos magister *Nicolaus comes posoniensis* et *Andrea(s) de Churle*, *Petrus de Guttur*, *Leopoldus de Paka* et *Walentinus de Werekne* iudices nobilium significamus universis quibus expedit praesentium per tenorem, quod cum nos ad mandatum et praeceptum excellentissimi principis domini Karoli dei gratia illustris regis Hungariae domini nostri, de restituendis possessionibus ecclesiae posoniensis nobis per suas litteras patentes factum et commissum, nobilem virum *Nicolaum filium Eleek de citra Waag* hominem nostrum, et *Dominicum filium Damiani de Beel* jobagionem castri posoniensis ad reambulandas et restituendas possessiones et terras ecclesiae posoniensis in comitatu posoniensi existentes et contradictores, si qui apparerent, ad nostram citandos praesentiam una cum discreto viro magistro *Nicolao praeposito posoniensi* missemus, iidem Nicolaus et Dominicus ad nos demum reversi nobis concorditer retulerunt, quod cum ipsi

quatuor particulas possessionum seu terrarum ecclesiae posoniensis, videlicet unam, quae *Beel* vocatur cum vineis inter metas seu terminos ejusdem terrae in monte, qui antiquitus *mons Glyris* vocabatur, plantatis et existentibus, inter possessiones similiter *Beel* vocatas et ecclesiam sancti Nicolai de *Semchz* existentem, aliam *Kuze* nominatam inter villam similiter *Kvze* dictam et ecclesiam sancti Jacobi existentem; tertiam *Obka* vocatam inter ecclesiam seu *villam sancti Michaelis* et terram seu arbores piri cujusdam hominis quondam *Merche* vocati, existentem, et quartam terram *Toxun* dictam, quae est inter villam *Galanta* et terras *Leopoldi de Paka*, *Nicolai quondam dicti Bud filiorum Nicolai filii Iwanka* et *Ladislai filii Salomonis* existentem convocatis omnibus vicinis et commetaneis, per metas seu terminos et distinctiones antiquas reambulassent et nullus contradictor seu prohibens apparuisset, praedictas quatuor particulas possessionum et terrarum cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis statuissent eidem praeposito et ecclesiae posoniensi pacifice tenendas et possidendas. Nos vero dictis eorundem Nicolai et Dominici fidem plenam adhibentes, cum idem praepositus manifeste adscitum quasi omnium nobilium et aliorum hominum comitatus posoniensis super reambulatione et restitutione praedictarum terrarum et aliarum possessionum dictae ecclesiae posoniensis debito modo et ordine processisset et quia etiam contra eundem praepositum et capitulum posoniense nullus coram nobis apparuit contradictor et agens: restitutionem dictarum quatuor terrarum per eosdem Nicolaum et Dominicum factam auctoritate dicti domini regis approbantes et confirmantes, praesentes eisdem praeposito et capitulo in praedictorum omnium testimonium et firmitatem concessimus nostrorum munimine sigillorum roboratas. Datum Posonii sabbato proximo post festum beatorum Viti et Modesti martyrum anno demini Mo CCCo XXo tertio.

Károly királynak 1326. decz. 18-án kelt átiratából, melynek eredetije a pozsonyi káptalan házi levéltárában Capsa C. fasc. 11. nr. 126 alatt őriztetik.

* * *

Semchz a jelenlegi *Szempcz* (Pozsonymegyében), melynek neve minden valószínűség szerint a szláv »Zem« (=föld) származottja.

Kuze vagy *Kvze* ezen néven már nem létezik. 1300-ban *Kwze*, 1305-ben *Cuzee* néven említik és akkor azt mondják, hogy Jóna mellett fekszik (W. XII. 661. és A. I. 96.). Ura, Szentkereszti Hont fia János, ki azt Tolvaj fiától László és Andrástól vette, eladja akkor Jányoki Jakabnak. 1341-ben *Kuzey*, 1356-ban *Kezey* néven ismerik, miből következtethető, hogy helyes kiejtése: Kösöző vagy *Kesző*. 1356-ban Jányok, Tolvajfalva (ma Boldogfa), Sárálja, Körmösd, Kőkényszarv és Csandal-lal együtt szerepel. Földesura volt Jányoki Miklós, ki azt apósának Strausz Markvart pozsonyi polgárnak zálogba adta. A 19-ik század elején állítólag *Kisa* néven még

Nagy-Jokáloz tartozó pusztaként szerepel. 1304-ben egyik része mint »Lokkuze (=Lak—Kösze) inter metas terrae Ilka (=Jóka) szerepel (Hazai okmánytár VII. 354.)

Toxun a galántai járásban létező *Taksony*.

Galanta a mostani *Galántha*.

Pakai Lipót-ról és rokonairól majd alább.

11.

1323. jún. 18. *A pozsonyvárosi előljáróság tanúsítja, hogy Szabó Péter Ólinch nevű birtokát a pozsonyi káptalannak eladta.*

Nos Marchardus iudex et jurati ac universi cives de Posonio significamus quibus expedit universis praesentium per tenorem, quod constituti personaliter coram nobis *Petrus dictus sartor gener scilicet quondam Woch* civis de Posonio, domina *Margareta filia ejusdem Woch* pro se et pro nepotibus suis, *Margareta et Anna filiae ejusdem Petri, neptes scilicet dicti Woch ac Johannes et Michael filii dictae Annae pronepotes ejusdem Woch*, concives nostri ex una parte, magistri *Johannes longus et Emericus canonici ecclesiae posoniensis nomine et vice praepositi ac capituli ejusdem ecclesiae*, ex parte altera; iidem *Petrus, Margareta filia Woch, Margareta et Anna, Johannes et Michael* viva voce sunt confessi, quod ipsi quandam terram eorum *Ablench* vocatam, ad sex aratra sufficientem, in comitatu posoniensi existentem, quae olim a felicissimae recordationis domino *Bela* illustri rege Hungariae pro notabilibus fidelitatum servitiis, omni remuneratione dignis, eidem *Woch* fuerat collata, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis universis, pro remedio animae dicti *Woch* et suarum salute animarum dedissent, donassent et etiam vendidissent ecclesiae s. Salvatoris de posonio ipsiusque ecclesiae praeposito et capitulo pro vigintiquinque talentos denariorum wiennensium plene eisdem ad scitum nostrum persolutis et datis perpetuo et irrevocabiliter possidendam et tenendam. Cujus quidem terrae metas secundum tenorem privilegii quondam dicti domini *Belae regis* modo infrascripto et ordine distingui dixerunt, videlicet quod prima meta incipit ab oriente juxta metas *Zelynych*, terrae ejusdem ecclesiae posoniensis, per quas procedens a parte meridionali versus occidentem incidit in metas terrae *Wedered*, per quas descendens incidit in metas terrae *Kurtwelis* et ibidem incidit in metas alterius *Kurtwelis* ab occidente, deinde per metas ejusdem terrae tendit ad metas tertiae villae *Kurtwelis* et per metas ejusdem procedens versus septentrionem incidit in metas villae *Pach*, per cujus metas protenditur usque ad metas alterius terrae *Zelinch* similiter ejusdem ecclesiae posoniensis et sic per

metas ipsius terrae redit versus orientem ad primam metam et ibidem terminatur. Praeterea idem Petrus et alii praedicti heredes seu proximi dicti Woch assumpserunt se obligando, quod si ullo unquam tempore praedicti praepositus et capitulum ratione terrae praedictae per quempiam inpeterentur, ipsi eosdem praepositum et capitulum propriis laboribus et expensis expedire tenerentur. In cujus rei testimonium et firmitatem praesentes eidem praeposito et capitulo concessimus nostro sigillo communitas. Datum sabbato proximo post festum beatorum Viti et Modesti martirium, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo tertio.

Pecsétje vörös-sárga zsinóron. Eredetije a pozsonyi káptalan házi levéltárában Capsa C. fasc. 5. nr. 48 alatt.

* * *

Ablench jelenleg *Ólincs* csak puszta a nagyszombati járásban Szilincs területén.

Zelynych a nagyszombati járásban lévő *Szilincs*. *Wedered* az ugyanazon járásban lévő *Vedröd*, mely 1264-ben a Sárközi-család birtokában volt.

Kurtwelis az ugyanazon járásban Ciffer melletti *Körtvélyes*.

Pach az ugyanazon járásban lévő *Pusztá-Pát*.

Woch családjáról majd alább.

12.

1323. jún. 27. A pozsonyi káptalan tanúsítja, hogy *Vöki Fodor Márk* özvegye egyik szolgáját szabadon bocsátotta.

Universis christi fidelibus praesentes litteras inspecturis capitulum ecclesiae posoniensis salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod constituta personaliter coram nobis nobilis domina *filia Jacobi de villa Magar*, relicta vero *Marcii dicti Fudor de Wilk* est confessa oraculo vivae vocis, quod ipsa pro amore dei et pro remissione peccatorum parentum suorum et omnium praedecessorum suorum ac ipsius relaxatione peccatorum, quemdam servum suum nomine *Benedictum*, qui coram nobis personaliter astando, servum ejusdem se fuisse dixit et asseruit, quem sibi fideliter sua exhibuisse servitia dixit et asseruit et etiam pro tribus marcis denariorum wiennensium plene ab eodem in suis necessitatibus habitis et receptis, cum permissione et bona voluntate *Johannis et Thomae filiorum Chescue* (így!) *nepotum suorum* ac omnium proximorum suorum cum favore, cum omnibus ab ipso nascituris seu descendentibus manumisisset et tradidisset perpetuae libertati, ita quod de cetero eundem *Benedictum* cum omnibus ab ipso nascituris seu descendentibus ratione suae

pristinæ conditionis nullus possit et valeat penitus molestare. In cujus rei testimonium præsentibus concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Ladislai regis Anno domini Mo CCCo vigesimo tertio.

Hártya ; a pecsét zsinegestől elveszett. Eredetije a pozsonyi káptalan országos levéltárában Capsa 14. fasc. 23. nr. 4 alatt.

* * *

Magar a pozsony-csallóközi *Nagy-* vagy *Kis-Magyar*.

Wilk az ugyanott fekvő *Vök*, melynek régibb birtokosairól alább bővebben szólunk. Fodor Márk özvegye Jánost és Tamást azért mondja neposainak, mert leányának a fiai. Chescue helyett *Csesztve*-nek kellene állnia.

13.

1323. Pozsony júl. 2. Pozsonymegye tisztikara tanúsítja, hogy a pozsonyi prépost egyik tisztviselője Buda volt nádori jegyző szolgálójának sérülésében ártatlan.

Nos magister *Petrus curialis comes posoniensis*, *Andreas de Churle*, *Petrus de Guttur*, *Valentinus de Werekne* et *Leupoldus de Baka iudices nobilium* significamus quibus expedit tenore præsentium universis, quod nos tam per nos, quam per nobiles et alios multos homines de comitatu posoniensi ac per certos homines fide dignos specialiter ad inquirendum et sciendum deputatos requisimus, investigavimus et fuimus diligenter perscrutati et scivimus certitudinaliter, quod *Gregorius famulus* honorabilis viri *Nicolai praepositi posoniensis* nullum de famulis et pertinentibus ad magistrum *Budam notarium quondam Mathei palatini* vulneravit, nullumque verberavit vel offendit et neminem jobagionum dicti magistri *Budae* de villa sua cum aliqua violentia recedere coegit, sed ipse *Gregorius* fuit per dictum magistrum *Budam* et suos famulos in vigilia beati *Johannis baptistae* (jún. 23.) enormiter verberatus et etiam vulneratus et nobis captus et ligatus super equum proprium ejusdem *Gregorii* eadem die adductus et assignatus, nullis suis culpulis exigentibus. Datum *Posonii* sabbato proximo post festum beatorum *Petri et Pauli* apostolorum Anno domini Mo CCCo vigesimo tertio.

Pecsétje nincs. Eredetije a pozsonyi káptalan házi levéltárában Capsa A. fasc. 10 Nr. 106 B alatt.

* * *

Ezen *Buda* valószínűleg csallóközi ember, mert a *Bod*, *Bodó*, *Buda* (= *Boda*) név a csallóközi nemeseknél a XIV. században nagyon el volt terjedve. Érdekes, hogy *Trencsényi Máténak* szolgálatában mint jegyző működött. Egy *Buda* nevű pozsonymegyei várnemes megveszi 1300-ban a nyitrai káptalan előtt a pozsonymegyei *Magyar-Szerencs* nevű birtokot. (Kn. II. 481.)

14.

1323. szept. 12. A pozsonyi káptalan tanúsítja, hogy *Dalyáni Péter* özvegye *Körtvélyes* nevű birtokát leányainak hagyományozta.

Universis christi fidelibus praesentes litteras inspecturis capitulum ecclesiae posoniensis salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod accedens ad nostram praesentiam discretus vir *Pertholdus* sacerdos, *rector ecclesiae beati Petri de Paach*, est confessus oraculo vivae vocis, quod cum domina *Elizabeth filia Nicolai filii Puz, relicta Petri de Dalyan* in lecto jaceret aegritudinis et diem extremum sibi sensisset imminere, compos tamen suae mentis, inter cetera ordinanda sua ultima testamentaria, in praesentia, tamquam in praesentia sui parochialis sacerdotis et tamquam coram confessore, quamdam possessionem *Kurtwelys* vocatam, per dictum Petrum quondam carissimum maritum suum, qui aliorum carebat heredum solatio, propter ejus dilectionem sibi in perpetuum donatam, datam pariter et legatam, karissimis *filiabus suis* videlicet dominabus *Margarethae et Gung*, ab eodem Petro marito suo hactenus procreatis et per eas suis heredibus heredumque suorum successoribus cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis dedisset, dimisisset et legasset jure perpetuo, irrevocabiliter possidendam, habendam et tenendam, nullo penitus contradictore existente. In cujus rei testimonium praesentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima post festum nativitatis beatae virginis gloriosae anno domini Mo CCCo vigesimo tertio.


Vörös selymen függő pecséttel. Eredetije a pozsonyi káptalan országos levéltárában Capsa 14. fasc. 10. nr. 18 alatt.

* * *

Paach a pozsonymegyei *Pusztapáth*.

A végrendelező nő a Béli család tagja, a mint ezt a következő stemmatörédék mutatja:

Béli Toposz



Dalyán e néven már ismeretlen. Egyetlen egy nyomára akadtam, mely a következőt mondja: A pozsonyi káptalan előtt kijelenti 1304-ben

Kozma fia : *Doláni Péter* saját mint fiai *Domonkos* és *János* nevében, hogy a Jókai, Borsa, Zak és Chucho (ez valószínűleg Cuzee, Kuze vagy Kezey) között fekvő *Lakköze* nevű birtokát Csomor fia László rokonának : Konrád fia Kozmának eladta (Kn. II. 542). Ha az okiratunkban szereplő Péter ezen Doláni Kozma fiával azonos, akkor fiai 1323 előtt haltak meg.

Puz fia Miklós. Ezen »Puz« nevét oklevéltáraink majdnem minden egyes esetben ferdítik. 1252. nov. 25-én találjuk, hogy *Tpuz fia Miklós* a Chandali birtokot visszacapja (Knauz I. 400., 405.). 1254-ben »Prus« fia Miklós a pozsonymegyei Sárffóiekkal együtt birtokaikat osztja fel (Wenzel VII. 374.). 1255-ben olvassuk, hogy »Tpuz« fia Miklós (Wenzel II. 261. — Fejér IV. 2., 328 : Topus) (a pozsonymegyei Csataj-jal most egybeolvadt), Csandal birtokosa. 1256-ban »Épuch« a neve (Fejér IV. 2., 368.). Miklósnak mindkét esetben a következő érdektársai vannak : Miceta fia Péter, Sári Mátyás fia Bolch, Zavari Dénes fia Boda, Jókai Berény, Zavari Benkó, Rétei Péter, Sári Botho és Ivánka, Borsai Márton (v. ö. Hazai okmánytár VI. 84.). 1292-ben pedig találjuk, hogy Bethu fia Benedek, Jakab fia Egyed, János fiai Izsép és Jakab, Reun fiai Mátyás és Dömjén, valamint Lipótfalvi (a mai Csütörtök) Mord fia Betk azon Tornyo-Csandal birtokot, mely rokonuk, »Jus« fia Miklós halála után rájok szállt, maguk között felosztották (Wenzel V. 75.); ebből kiviláglik, hogy »Tpuz« (helyesen *Toposz*) fia Miklós egyenes fiutód hátrahagyása nélkül meghalt. Fentebbi Erzsébeten kívül még egy Róza nevű leánya is volt, ki 1310 decz. 29-én Bogár fia Mártontól hitbéri s hozományi követeléseit megkapja. Atyja az illető okirat (Knauz II. 632.) szerint : *Nicolaus filius Puch de Beel*; már elhalt férje : Sárffói Hesz (= Hyze) fia Péter. »Puch« itt nem más, mint a Topos -ból kihasított Puz = Posz.

15.

1323. Csepel okt. 7. Károly király helybenhagyja, hogy a Somosiak Komlós nevű birtokukat maguk között feloszassák.

Nos Karolus dei gratia rex Hungariae memoriae commendamus tenore praesentium significamus quibus expedit universis, quod licet *Johannes filius Georgii de Sumus* ab una parte, item *Egidius et Ivanka filii Petri filii ejusdem Georgii de eadem*, ab altera, super eo quod in possessione *Kumlowos* nominata, in comitatu de Sarus habita, divisionem facere inter se debeant, se mediantibus litteris Philippi palatini obligaverint, tandem tamen quia nos et etiam magistri Demetrius magister tavernicorum ac Alexander frater ejusdem prout commetanei dictae possessionis, praefatam divisionem, ad quam faciendam se obligaverant fieri prohibuimus, ideo dictam obligationem, ne aliqua partium praedictarum possit per eandem aggravari, cassamus penitusque et per omnia irritam et anihilatam praesentibus nuntiamus. Datum in Chepel feria sexta proxima post octavas beati Michaelis archangeli Anno domini Mo CCCo XXmo tertio.

Pecsétje hiányzik. Eredetije az esztergomi káptalan országos levéltárában Capsa I. fasc. 4. nr. 11 alatt.

Az itt szereplő személyek az Aba nemzetség tagjai. *Somos* és *Komlós* sárosmegyei helységek. Ezen Somosi-család őse bizonyos Péter, kiről nevén kívül mit sem tudunk. A fent szereplő Egyed és Ivánka fenti Jánosnak az unokaöcscsei. János szerepel 1285-től 1341-ig, Egyed 1297-től 1338-ig, Ivánka 1319-től 1334-ig.

16.

1323. *Visegrád okt. 28. Károly király felhívja az esztergomi káptalant, hogy Csőszvize és Sinketekútja nevű halastavak ügyében vizsgálatot tartson.*

Karolus dei gratia rex Ungariae, fidelibus suis capitulo strigoniensi salutem et gratiam. Fidelitati vestrae mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, coram quo magister *Fokou*, comes *Elya de Karcha* et *Georgius filius Salamonis* homines nostri, *nobiles de Chollokuz*, accedentes ad possessionem *Kurth* vocatam sciant et inquirant omnimodam veritatem: ubi et quae sint piscaturae *Cheuzuezy*, *Synketekuta* seu *Synky* vocatae, et si dictae piscaturae plures sint vel una; et utrum omnes vel in parte ad ecclesiam pertinerent posoniensem aut ad *Petrum filium Pauli* et *Kemen*, homines videlicet castrenses, metas et terminos distinguendo et sicut invenerint et super hoc veritas constiterit, iidem homines nostri coram homine vestro, magistro Nicolao comiti posoniensi referant suo modo plenarie, ut idem comes inter partes causam ipsam definaret et iudicaret aut si alterutra partium voluerit, ad nostrum iudicium transmittat. Datum in Vysegrad in festo beatorum Simonis et Judae apostolorum anno domini Mo CCCo vigesimo tertio.

Pozsonymegye tisztikarának 1324. márcz. 24-én kiadott ítéletleveléből, melynek eredetije a pozsonyi káptalan magánlevéltárában Capsa C. fasc. I. nr. 3 alatt őriztetik.

* * *

IV. László 1277-ben a pozsonyi káptalant a csallóközi Vök, Kürt és Sámot, valamint a Senketekuta és Csőszvize nevű halastavak birtokában erősíti meg. 1316-ban odaítéli ezeket a pozsonyi alispán a káptalannak; alperesek pedig a következők: *Tolvaj fia Péter*, *Pál fia Péter*, *Póka fia Kemény*, *Galamb fia Mihály*, *Marcell fia Péter* kürti várjobbágyok. Ezt megerősíti a király 1317-ben (Kn. II. 77., 718. 740.).

Fokou Olgyai *Fakó* (= Farkas a későbbi (1331—1332) pozsonymegyei alispánnal azonos.

Salomo fia György Kiliti birtokosa, a Görgetegiek nemzetségi rokona, kivel még találkozunk.

Chollokuz = *Csallóköz*. Német nevét (Schütt) 1422-ben következőleg írják: »plebano de Mager (= Magyar) et vicearchidiacono nostro (t. i. a pozsonyi préposté) in *Schutth* (Zichy-okmánytár. VIII. 47.).

Közli: DR. WERTNER MÓR.

VEGYES KÖZLÉSEK.

Diarium complectens historiam belli anno 1809.

Ezen címet viseli a pozsonyi ev. liceum kéziratárának egy 700 kg. 27. sz. jelzésű kézirata. Külsejére nagy folio lapokból áll, a lapszámok 219—262-ig folynak, 12 oldal üres. Papirosa durva merített papiros. Az írás különösen némely helyen, a lúdtoll kopása és romlása következtében nehezen olvasható. A rövidítések legtöbbszörre megegyeznek a XVIII. századbeli stilus curialis rövidítéseivel.

Írója sehol nem említi a saját nevét. Következtetések útján azonban valószínűnek vehetjük az írás, a naplóban előforduló adatok és egyéb körülmények összevetéséből, hogy Scultety Pál, Pozsony megye táblabírája, pozsonyi ügyvéd lehetett a napló szerzője.

A napló tartalma felöleli azt az időszakot, mely 1809. április 23-ától 1810. május 11-éig terjed. Feljegyzései mindenekelőtt a saját élményeire vonatkoznak. Mint a pozsonymegyei állandó bizottság (deputatio permanens) tagjának, mint Pozsony és Mosony megye kiküldöttjének Napoleon császárhoz a kirótt hadisarcz tárgyában, hivatalánál fogva is alkalma volt kora eseményeinek egy részét előkészítésükben is figyelemmel kísérni. Mint pozsonyi lakos szemtanúja azon harczoknak, melyek 1809. május 29-étől a wagrami csatáig a pozsonyi hídfő birtokáért folynak. Hallja a wagrami csata ágyúdörejét, ismerősei útján és híresztelésekből sok valótlan dolgot is tudomásul vesz, de ezeket sohasem állítja oda valóban megtörtént események gyanánt. Napoleonnak Pozsonyban létét 1809. szeptember 2-án igen röviden említi meg. A »Pressburger Zeitung«-ban pedig éppen semmi nyoma sincs Napoleon Pozsonyban létének; de éppen a Diarium szerzője akárhányszor említi, hogy a censura a legtöbb esetben nem engedte meg bizonyos hírek közlését.

A mennyiben a Diarium szerzője éppen azon megyében foglal el kiváló társadalmi és hivatalos állást, mely a napoleoni hadjáráshoz a legközelebb volt és egy ideig történelmi eseményeknek is színhelye volt, a hadi eseményekről, de különösen a magyar insurrectióról oly epizódokat jegyezhetett fel, melyek az utókor emlékezetében elmosódtak már, és az egyidejű hivatalos feljegyzések körén kívül

esvén, jelenleg ez események százados évfordulója alkalmával nagyobb érdeklődésre tarthatnak számot. Ilyen események egyebek között a mosonyi magyarok francia fogságba hurczoltatása, Pozsony bombáztatásának részletei, egy hadi hírvivő viszontagságai, Daru maréchal magatartása a magyar papsággal szemben, Jenő alkirály pozsonyi tartózkodása, Napoleon pozsonyi látogatása stb.

A napló teljes szövegében a következő:

Anno 809 posteaquam exercitus noster ad Ratisbonam diebus 23. et 24. Apr. cladem a gallis obtinisset et ibidem per pontem Ratisbonensem versus Waldmünchen semet retraxisset, inde ad Budweis et exhinc infra Linzium iterum per Danubium exivisset, Hostis ad S. Hypolitum substitit et die 10. May vesperi aliqua eius militia in suburbiis semet ostendisset, haec ibidem occisa extitit.

Eadem die 10. May vesperi venerunt circiter 1600 nostratum ex regimine per pontem Posonium et etiam aliqui captivi.

Die 11ma certus Generalis gallicus le Granch cum 50 venatoribus equitibus intravit suburbium Viennensem Lerchenfeld, populus hunc aggressus et signanter certus lanio sodalis levem a generali ictum obtinens, extracto lanionistico cultro, generalis illius ventrem dissecuit, et illo de equo cadente, hic equum conscendit et per totam civitatem equitabat. Reliqui gregarii per populum sunt trajecti.

Eadem die vesperi circa 10am horam ex Moeniis Viennensibus explosiones inchoatae sunt et usque 4am matutinam dicuntur continuatae esse.

(Haec andivimus relata die 12. Maii mane.)

Die 12. apud primatem existentia apparamenta insurrectionalia pro superioribus comitatibus, qui eadem avehere debuissent, destinata, navi imponentur et deorsum promovebuntur.

Generalis Massena dicitur Viennae pecuniis in vulgus profusis, animos populi captare, seque magnum ducem Austriae depraedicat.

13. a. meridiem redivit senator Prochaczka Vienna, referens, quod antepenultima nocte tam suburbia, quam et civitas hostilibus tormentis impetita sit, dein cessantibus explosionibus heri civitas capitulaverit, primaque conditio illa fuerit, ut Maximilianus cum generali Hiller et omni militia e civitate exire possit per pontem Tabor, quae nunc in Stammersdorff substitit, Archidux vero Carolus ex Bohemia adhuc expectatur. Interior civitas est plurimum passa, Galli quoquo modo Leopoldstadium praefereuter subingressi sunt.

A die 13. usque 21am nihil memorabilis.

Die 21. May id est feria Pentecostes penes Stadl Entzersdorff tribus pontibus erectis transiverunt galli Danubium circa 40 milia a hora 4. promeridiana; usque 12am nocturnam eiaculationes audiebantur, unus pons per nostros destructus esse dicitur. Hac die Galli tres per nostros insurgentes fuere in comitatu Mossoniensi

intercepti et Jaurinum ad generalem Mecséry dimissi, mox supervenerunt plures galli et dominum Huszty particularem perceptorem Czurdorffensem et dm. Samuelem Keviczky, ordinarium fiscalem, nec non dm. Csernyánszky iurassorem cum iudice locali Hegyeshalmiensi Peckl et aliis 9 juratis ac divitibus frugum quaestoribus pro vadibus acceperunt, ad Bruck deduxerunt et inde usque Fischament pedes deductos ad unum exiguum cubile restinxerunt ac 5 diebus detinuerunt. In Fischament dnus Keviczky semet subduxit et ad certum pavementum reconditus, nonnisi posteaquam attacti tres galli restituti et vades indultum redeundi ab ipso Napoleone obtinuissent, nempe post biduum in apricum prodivit atque per generalem gallicum Montbrunn correptus erga praeces dni Huszty impunis aeque dimissus, mox in gravem morbum incidit, suaque occultatione eo reliquis vadibus nocuit, quod galli, praesertim vigiles novem ad custodia eorum adhibiti per Hundsfütter eosdem compellaverint.

Die 22. May continuo audiuntur eiaculationes et aliqua civitas prope Viennam ardet.

Die 24. Fui in Eszling et Aspern, vidi desolationem plenariam harum possessionum, cadavera humana combusta, milites ex cellariis vinum auferentes, infinitos globos in campo proelii et innumera hominum ac equorum corpora iacentium. Castra nostra ad duos circiter sclopi iactus deorsum versus lineam rectam nimis longam formabant. In hac pugna ex meis notis occubuit Georgius Jankó capitaneus regiminis Hilleriani et superlocumtenens Petótz eiusdem regiminis. In Essling granarium, in Aspern diversorium, illud imbri cito, hoc scandulis et umbra arborum tectum sola remanserant, utut tecta eorum multis globis perfracta sint. In hac pugna ab utrinque 52.800 vicibus explosio tormentorum facta est, ceciderunt ab utrinque 20 milia, praeterea totidem et plures sauciati numerabantur. Hauptquartier nostrum venit ad Breitensee.

25ta usque 31am May nihil peculiaris intercessit. Pons navalis et aggeres intra Engeraviam et viam publicam situati erigebantur. Die 30. venit horsum regimen Duca et Gyulay, die 31. vero 3 agmina Landwehr Austriaca. In locum Commandantis generalis huiatis hoffmeister nudius tertius advenit generalis Bianky.

Die 31. May. Hodie in permanente deputiatione lectae sunt litterae vicecomitis Comitatus Abaujvariensis, quod polonorum circa 30 milia duce Dombrovszky versus Leutschoviam sese protendant et rapinas exerceant. Auditor Turcas quoque Croatiam invasisse et Archiducem Joannem versus Graetzius sese collocare, instareque eidem regem Neapolis Murat.

Die 1^o Junii circa horam vespertinam venerunt 300 equites et 200 pedites galli versus Engeraviam et iniverunt cum nostris pugnam,

habitis 2 tormentis, quorum unum per nostras granatas ter ejaculatas destructum fuit. 37 sauciati 4 occisi, duo locumtenentes nostri vulnerati fuere. Galli suos saucios et occisos secum asportarunt et versus Wolfsthal rediverunt. Ego aspexi ex monte arcensi :

Die 3. Junii accepi relationem sequentem : Zufolge soeben erhaltenen früheren Nachrichten sind von der letzteren Batallie dt 21. u. 22. May von französischen Generälen in Wien gestorben : als Despaigne Molitor, Saint Hillaire, Gentilier, Legrand, Lannes, blessirt : Massena Sohn, Oudinot, d'Estanbire, Mouton, Boudet. Prinz Borghese und 3 Generale sind gefangen, welche sich unter den Gemeinen befinden sollen, wegen welchen bereits die nötige Fürsorge ergangen. In Wien liegen schwer blessirte in der Stadt 26 Mann, ausser der Stadt in Ortschaften 13—14 Mann leicht blessirte, wovon heute sichere Nachricht eingegangen. Marktpost Neusiedl den 30. May 809. Kelebe Obst mp. E. H. Johann hat den Feind bei Mariacell geschlagen und ihm den grössten Theil seiner Artillerie genommen. Den 7. Mai sind die Spanier in Madrid eingerückt und der König Josef hat sich nach Vittoria zurückgezogen. Dei beiden Generale von Abrantes und von Dalmatien sind von den Spaniern geschlagen worden. Die Hessische Insurrection dauert immer fort. Geal Kellermann mit 30 m. Mann ist gegen Sie geschickt worden. Oesterreichische Generale sind blessirt : Rohan, Dedovich, Grill, Neustetter, Reinhard, Siegenthal, Mayer, Frenell.

Eadem die circa horam sextam vespertinam venerunt ex parte Haimburgensi galli circiter 14 m. a potiori equitatus versus Engeraviam, Venerunt in directione a monte Wolfsthaliensi versus aleae Köp-csényiensis finem, ubi se coniunxerunt cum ibidem praesistentibus equitum aliquot centuriis. Vigiliae ad invicem semet persequabantur ; contra gallicas vigilias ex insula Pötsen complures facti sunt tormentorum nostrorum jactus. Tandem ab inferiori Engeraviensis possessionis parte semet noster equitatus nempe regimen Orellianum locavit, sed galli praemissis venatoribus suis et tormenta equitatu nostro opposuit, ac ideo equitatu nostro usque ad adversam ripam Danubii recedente, continuo appropinquabant. Ex duobus quidem tormentis nostris in ipsa possessione Engerau situatis contra illos iaculatum fuit, interim duo haec tormenta, siquidem hostis versus sinistram trans arbores sese protrusit mox dein pevecta ad aggeres sunt. Gallica nonnisi quinque tormenta trans possessionem Engerau operabantur, quin artilleristae eorum seu nostro penes aggeres stanti exercitui seu civitati nocere potuerint. Maiori gallorum numero cedere debuit nostra militia Engeraviam, et se a tergo aggerum locavit, inde autem ingentem ignem contra gallos, qui ad aggeres venire volebant, edidit eosdemque ab aditu aggerum arcuit. Ter tentarunt galli cum tumultu aggeres impetere sed toties redierunt,

ignem nostrum sustinere nequentes. Post recessum eorum nostri occisos Gallos spoliaturi, ad locum occisis repletum ibant, sed dum spoliis manum admovissent, repente copiose ejaculationes ex parte gallorum, qui inter arbores semet recondiderant, contra eos factae sunt, imo galli eosdem usque ad ponticulum penes aggeres extractum persequabantur, nonnullosque in eodem ponte traiecerunt. Mox dein nostro generale Bianchy disponente, iactibus globorum succensa fuit possessio Engerau, ut inde galli fumo et igne removeantur, ab utrinque demum tormenta usque horam 9am vespertinam resonabant, postea ab omni hostilitate praescissum est. Quotnam galli hoc vespere occubuerint, adusque determinari non potuit, quia adversam pontem nemo inspicere audeat. Nostri quoque ad minus 200 amiserunt. Distinxit se hac occasione vexillifer regiminis Gyulaii Maurer.

Die quarto Junii circa horam 10am mane continuarunt galli nostros impetere et ex aggeribus depellere, sed frustraneo conatu et sine dubio ideo demum tormenta sua, quae iam a hesternae die ad numerum 20 multiplicata sunt, ad ipsam civitatem direxerunt circa horam 11mam tantisper usque 12am ab explosionibus supersederunt, post horam 12am usque 2am pomeridianam maximus fragor tormentorum fuerat unum gallicum tormentum galli penes templum Engeraviense in elevatiore ripa stans collocarunt, et ex hoc tormento factae iaculationes fuere pro civitate periculosissimae. Globi vulgo Haubitzen plane ad Erdődianum hortum, ubi unus eorum arborem laesit, nec non ad hortum Palfianum penetrarunt. Domus Habermayerianae in duobis locis et olim Kramerianae in platea Nonnenbahn, domus penes diversorium ad rubram crucem tecta transverberarunt, ecclesia trinitariorum supra portam duabus circiter orgiis, domus Küffneriana in Kohlplatz penes tertiam ab angulo fenestram in primo tractu, domus Schwantzeriana penes scholas evangelicas singula unum globum exceptit. Penes solis diversorium in janua stabat diversorialis coca, quae in utere et pede globo tracta et direpta est. In domo venatoris Kuntze in platea Vödritz globus 16 librarum, transverberato pavimento ad ipsum cubile in primo tractu incidit. Domus annonaria, in eadem platea Vödritz existens, globo tacta incendium fecit, quod tamen mox extinctum fuit. Regiae academiae aedificium, seu olim claustrum Clarissarum aequae globo ictum est, globo per pavementum ad musaeum Physicum decedente et ibi diffracto 20 fenestras et duas januas destruente in domum comitissae Jankovits, antehac Spechianam incidit aequae unus globus, pavementum cubilis perfringens. Tres globi tectum templi S. Martini, ante meridiem dum episcopus Rausch missam celebrabat petierunt, unus eorum in pavimento ruptus, gothicum arcum templi perforare non potuit. Braxa civica et vicinae complures domus aequae sunt globis laesae; prout et in immediata vicinia braxae domus Tauberiana,

in qua spectabilis dominus Michael Zichy inclyti comitatus mossoniensis substitutus vicecomes habitat, unus globus parietem posteriorem, alter portam domalem inferiorem perfregit, tertius, quia dein portam inquilinus aperuerat, per apertam portam transivit. Unus Landwehrista, dum ponte volatili ad adversam ripam transeunti assedisset, ictu globi tormentali in ipso ponte occubuit, globo dein in aquas ruente et ponti, qui pluribus globis petebatur, nocere nequunte. Statua quoque Joannis trans Danubium deleta est. Homines, qui in arce et in montibus, Danubio imminentibus magno numero quotidie spectatores agunt, complures ejaculationes factae sunt, quae tamen (quempiam?) tetigissent.

Die 5 Junii. Galli contraxerunt semet ad nemora Engeraviensia, magna vallata manu rustica erigunt et ante tormenta sua etiam vallata jam extruxerunt. De caetero tota hac die nullae factae sunt explosiones. Iam nudius tertius pars gallorum equitum descendit M. Ovarinum, repetiit quattuor suos equites, ope insurgentium Pesthiensium in comitatu Mossoniensi ex 20 gallis, qui praemissi fuere interceptos, praeterea petiit 100 boves et 400 portiones foeni ac avenae atque in vadem domini spectabilis Andrásy, generalem perceptorem et dominum Cseh officialem comitis Caroli Zichy accepit, atque ad Bruck dimisit. Voluit quidem ordinarium vicecomitem pro vade accipere, sed quia dictus generali gallico fuisset ad sustinendum bonum ordinem praesentiam vicecomitis absolute necessariam esse, ab hoc praescidit.

Die 6. Junii. Nostra tormenta numero adaucta sunt. Nonnulli galli coniectis in ramum Danubii arboribus circa Oroszvarinum transitum parabant; sed et circa 20 nostrorum Landwehristarum ex Pétsen ad Griechenau cimba transirent, globis tormentorum gallicis et flinctis impetiti partim caesi, partim capti sunt et cimba in potestatem gallorum devenit. Priores quamprimum intentio detecta fuisset, multis explosionibus nostris territi recesserunt; ast nos quo majori alacritate novos aggeres ibi erigimus, silva desecari curata. Posteriores dum ad meditullium aquae pertigissent, tormentis et sclopis petiti, destinctis cimbis omnes submersi sunt. (Misi 1 Carabiner, 1 gladium, 1 globum domino Adonyi.) Suae C. R. Seren. domini regni Palatini cum insurrectione Hungarica ascendentis Hauptquartier heri fuit Comaromii, hodie Jaurini. Eodem die circa 15 nostri cum capitaneo Reinhardt et duobus subofficialibus ex insula Petsen cimba eruptionem fecerunt in adversum latus versus ecclesiam Engeraviensem existimantesque, nonnisi 5 gallos penes tormentum visos ibidem adesse, volebant tormentum hoc adimere. Sed dum ad ripam adversam pertigissent, circiter 300 galli ex nemore accurrerunt, capitaneum et alios nonnullos mactaverunt, reliquos una cum cimba interceperunt. Fuit temeritas a nostris talem transitum periclitari,

sciendo in Engerau magnum esse gallorum numerum. Eadem die a meridie tres cimbas maiores, nescitur unde acceptas, galli ex Engerau penes aggerem vialem medio nostrorum rusticorum versus Grieche-naviam attrahi curarunt.

Die 7ma Junii nihil evenit peculiaris. Auditum fuit, quod galli ex adversa Danubii parte aggeres ope rusticorum struendo, rusticis per 2—3 florenos in conventionali moneta pro die solvant, innumeri rustici fine promercendae tam magnae mercedis, sponte compareant. Hac vel praecedente die Galli duas naves, Pletten dictas ad trajectum Rajkensem occuparunt et ideo Samariam unum tormentum dimissum et militia eius adaucta est. Hac die mortuus est episcopus titularis et praepositus Posoniensis Sober exjesuita angore animi senectum suum terminans.

Die 8. Junii a hora 8a matutina usque 9am ingens grando de coelo cadebat et aliquoties fulminabat. Hac die a certo capitaneo nostro apud dominum Michaellem Zichy convento audivi, quod Borussi cum 50 m. militum suorum, audito felici Austriacorum ad Essling et Aspern die 21. et 22. May habito proelio, cum archiduce Ferdinando semet coniunxerint et quod hanc relationem archidux Carolus in forma Armeebefehl typis vulgari iusserit. Hac die ante meridiem 4 explosiones tormentorum intercessere.

Die 9. Junii. Galli tentarunt transitum ad Dévény, sed inoprose tormentis sunt propediti. Etiam ad Samariam pontem iam usque meditullium Danubii protensum struunt. Generalis Davoust circa horam 8am vesperi ex castris Engeraviensibus versus Wolfsthal redivit, curru semitecto, demisso, 4 equis vecto, comitabatur eundem unus ephebus cum duobus equis pro servitio generalis servientibus, praeibat vero unus eques. Mirum, quod contra generalem tunc ex insula Petsen nulla tormenti eiaculatio sit facta, utut in vicinia huius insulae praetervectus sit, imo penes aggestum in prato capitulari uno tormento gallico septum; substiterit, adeoque prout ipse etiam noster artillerista Petsensis fatetur, facillime traici potuerit. Hac die Generalis Bianchy requisivit a magistratu civico Posoniensi 150 nautas pro crastina 6ta matutina constituendos pro auxilio Pontificum. Inde ultimatur, pontem navalem mox erectum iri, cuius 9 jugera, singulum e tribus navibus constans, caeteroquin iam dudum in litore citeriore Danubii, penes domum Urbaianum deorsum versus Lorenz (?) praesto sunt. Hac die frequentes erant vigiliarum contra invicem explosiones praesertim in diverticulo Alte Au dicto.

Die 10a Juny. Heri constituti nautae non ad pontem navalem, sed ad naves ex adversa parte pro omni infelici casu praesto existentes, partim ad Au, partim ad Pétsen dislocati sunt et a iussis generalis pendebunt, singulus eorum ht. 2 florenos pro diurno mercedem, nauarcha vero 3 florenos. Hac die audivimus, quod archidux Joannes

iam Jaurini cum insurrectione Hungarica semet coniunxerit, sed quod exercitus eius ex Italia reductus nonnisi 18m constituat, reliquam militiam habitam, in quantum non amisisset, Bano Croatiae Gyulay reliquit, ne hostis eundem sine dubio insequatur. Observavimus, numerum gallorum ad Engeraviam hoc die minorem esse, quam heri erat, et hac die iam a continuandis aggeribus galli destituerunt et paucas vigiliae quoque explosiones fecerunt. Hac die typis reimpressum apud dominum Landerer est, gallicum Bulletin de proelio ad Essling gesto cum observationibus refutatoriis.

11. Juny seu die Domini summo mane secundus transportus vini, farinae leguminum etc. ad castra archiducis Caroli dimittitur liberalitate Posoniensium conflatus in valore 5000 florenorum.

12 Juny a hora media undecima usque primam postmeridianam explosiones tormentorum versus civitatem durabant. Nostra artilleria incepit primas ejaculationes fine eo, ut resciamus vires hostis ex adversa Danubii parte latentis, praesertim autem numerum tormentorum, quae tantum 8 observata sunt, quorum duo per nostros destructa habentur. Galli omnes suas explosiones, quae circiter quinquaginta fuere, versus civitatem direxerunt signanter ad claustrum Ursulinorum. Camino perrupto duo globi penetrarunt, unius sutoris sodalis, qui postquam ex arce, ubi se haud secure existimabat, descendisset, pedem globus in angulo portae, Fischerthor dictae, ubi civica vigilia stare solet, fregit.

13. Juny nihil peculiaris.

14. Juny. Heri novitus succensae aliquot domus in Engerau ardebant. Galli in 5 agminibus insimul circa 5000 venerunt ex Austria castraque in pascuo Köpcséniensi intra aleam et fasianetum fixerunt, quo etiam plurimi eorum, qui penes Engerau in neoextractis aggeribus excubabant semet transtulerunt. Hac die magnificus dominus Prileszky vicepalatinus et in negotio approvisionis militiae commissarius convocatis ad liberam regiam civitatem Basiniensem civitatum Posoniensis, S. Georgiensis, Modrensis, Tyrnaviensis repraesentantibus necnon ex parte comitatus Posoniensis spectabili domino Szászy substituto vicecomite, Comaromiensis spectabili domino Végh, Nitriensis spectabili dno et Trenchiniensis N. omnes hos ad praestanda militiae nostrae defectum alimentationis patientis quaeque beneficia provocavit et patefecit, quod inter Gödingam et Holicium regia magazina pro approvisione 60m militum extrui, Posonii vero 6 fornaces pistoriae in diverticulo Sauweid aedificari debeant. Hodie Buda ad suam Majestatem Sacratissimam transivit princeps Esterházy, dicens intra duas dies circumstantias in melius mutatum iri. Senator emeritus gremialis Puchovszky sepultus, annorum 78 eadem die pontis navalis 9 jugera laxata sunt et nunc solae naves singillativae ad ripam Mühla-viensis rami stant.

15. Juny. Venit a clarissimo Joanne Nepomuk Esterházy colonello relatio ad vicecomitem, quod ad Sövényháza in comitatu Jaurinensi officialis Takáts cum vigiliis gallorum conflixerit et utut de equo ceciderit, equus tum eius in officialem gallicum procurrens eundem de equo deiecerit, Takáts vero recollectus, equum suum insecutus est et eundem conscendens feliciter semet liberaverit. Venit relatio ex comitatu Veszprémiensi, quod hostis ingressum Pápam praemetuant.

Nocte intra 14a et 15am Juny intercedente fere omni quadrante hora tormentis galli versus civitatem splodebant.

Eadem die 15. circa horam vespertinam 8am via Prellenkirchensi venerunt circa 1000 galli intraruntque Köpcsénium; post quorum adventum circa 3000 gallorum ex castris versus fasianetum Köpcsényiense, sine dubio versus Jaurinum descendentes abiverunt, quibus obeuntibus mox via a Wolfsthal Posonium ducente circa 600 galli venientes, semet a regione insulae Pétsen, signanter e regione nostrorum tormentorum, ubi sectio lignorum facta fuit, collocarunt nulla explosione facta.

Intra 15am et 16am Juny a hora prima usque tertiam noctu 24 explosiones tormentorum contra pontem volatilem per gallos factae eidem nihil nocuerunt. Ex parte nostra bis tormento explosum est contra diversorium Palfianum Engeraviense, quin adusque seu flammam cepisset, seu concidisset.

Hery generalis Bianchy obtinuit crucem parvam et nonnulli officiales ordinem pro meritis sibi in pugna ad Engeraviam partis.

16ta a meridie ex Engerau intervenerunt 4 explosiones tormentorum gallicorum versus nostros aggeres, in reliquo fuit quies etiam de nocte intra 16. et 17am. Hac die dicitur conflictum fuisse die 14o m. currentis inter archiducem Joannem cum insurrectione coniunctum et inter gallos prope Jaurinum. Insurrectio non attenta Palatini cohortatione et vexilli arreptione recessum fecit, nunc Comaromii in arce cum copiis archiducis Joannis concentratur. Suburbia Jaurinensia, ne ad ea hostis veniat, succensa sunt. Comes Zichy Ferraris et Stipsits, insurrectionis Neogradiensis colonellus occubuisse dicitur, nec non comes Festetits, Georgii filius. Hac die ex Castris Köpcséniensibus magnus numerus gallorum vesperi hora 7½ movit et deorsum versus abivit, ante meridiem vero 51 currus munitione gravati cum 8 tormentis et comitiva circa 300 equitum via ex Wolfsthal ad radicem montis ad possessionem Berg, inde vero ad Köptsén ducenti hora media duodecima Köptsénium venerunt et p̄nes arcem Köptse-niensem pabularunt, pabulatione finita, deversum iverunt, quin castra Köpcséniensia ingressi fuissent.

17a Juny die sabbathi vesperi galli ex omnibus tormentis suis prima quidem vice penes Engerau, his cessantibus, dein in inferiore Grüchenaviae margine contra nostros in Pécsen existentes et his

quoque conticescentibus in superiore Grüchenaviae parte versus e regione trans Danubium situm diverticulum Nuszau, ubi nos quoque aggeres, aliquot centuriis militum stipatos habemus, successive explosiones fecerunt. Ad Engerau 10, in Grüchenaviae inferiori 2, in superiori parte vero etiam duo tormenta sonabant. Nostri, praeter ex Pétsen aliquot factis explosionibus in Grüchenaviam, non reciprocarunt. Durabat haec explosio a hora 8½ usque 9½. Prodivit typis circumstantialis relatio Archiducis Caroli de pugna ad Aspern. Audiebatur circa meridiem extraordinarius tormentorum sonus a supra. Hora circiter 3a pomeridiana venerunt palatinales litterae ad permanentem deputationem, ut secunda insurrectio organisetur. Generalis congregatio hoc fine 26am currentis est praefixa.

18 Juny die domini sero vespera circa 400 galli ex Castris Köpcseniensibus versus ramum Danubii Oroszvariensem abiverunt et ubi trans Engeraviam idem ramus proximam maximam procursionem et flexionem ad viam Oroszvarinum ducentem facit, ibi a dextro sinu manserunt. Enormis ventus hic vigebat.

Die 19 Juny die lunae nullae praeter vigiliarum explosiones intercesserunt. Certus sine dubio generalis gallicus cum aliquot officialibus Köpcsinio venit duobus rhaedis ad Engeraviam, visitavit aggeres Gallicos et postea iterum Köpcsinium rediit. Hac die audivimus, quod generalis D'Avoust apud dm Maximilianum Teschenberg Rajkae bis pransus sit et dixerit, se disposuisse, ne amplius civitas Poseniensis tormentis impetatur; quod item provisor C. Caroli Zichy in Oroszvár, Vörös binis vicibus per 25 baculos a gallis acceperit, quia se recondiderat ad silvam et quia custodibus mandavit, ut pecora ad silvas abigant. Secretarius Suae Excellentiae Haasz septem curribus coactis debuit Viennam ascendere pro coemendis zacharo, caffae et aliis. Oves comitis omnes iam ademptae et vinum eius consumptum est. In Hedervár 40 equi comitis Viczay cum aliis gallicis permutati sunt. Galli penes Rajkam a ramo Danubii usque Lajtam aggerem enormem efformarunt.

De insurrectione, quae ad Jaurinum die 14 currentis confixit, Wachtler Pestino ad suum hujatem fratrem Bernardum heri scripsit, quod Comitatus Heves, Borsod et Zempliniensis insurgentes primi fugam usque Pestinum continuaverint, quod Pestini manu civiarum compagnarum intercepti et ad magnum Josephinum aedificium deducti sint, uno ex civibus interempto. Dicebant Pestienses quoque et Sopronienses insurgentes jam Pestinum appropinquare. Fama fert, quod archidux Joannes ipse unum colonellum insurrectionalem, qui ad certam stationem dispositus, illuc non ivit, gladio caeserit. Praefatus Wachtler submisit etiam Budae impressam annunciationem archiducis Reineri declarantis, quod, siquidem post infelicem pugnam Jaurinensem Adux Joannes et palatinus Comariomum transiverint,

ipse quoque cogatur Buda in adversas Danubii oras abire, ut interim civitates hae maneant fideles et pacificae, fieri enim posse, ut aliqua hostilia Streifcommando illuc quoque perturgant, ast generalissimo aduci sufficientes suppetere vires, malo huic proxime occurrendi.

Copiae Aducis Joannis dicuntur nonnisi 10 esse, et ad Szerdahely, in insula Csallóköz castra figere.

Die 20 Juny die Martis : auditur archiducem Carolum Joannem et Palatinum hodie in Bóós in insula conventuros, quo fine etiam comes Franciscus Amade illuc ab hinc discessit. De Joanne Nepomuceno Esterházy colonello Psoniensi et Cte Thadeo Amade ac Depauli officialibus insurrectionis Psoniensis ubinam sint, nec matri viduae, Casimiro Esterházyana, nec Amadeianis, utut Comaromio expressus iam redierit, nemoque ibidem aliquid de ipsis referre sciverit, quidquam constat.

Audivimus et quidem medio certi curerii, quod gralis Chateler, semet cum Gyulay ad Varasdinum conjunxerit, versus Sopronium iturus.

Adux Reinerius Budae sequentem die 16. Juny 809. edidit proclamationem : Der ungünstige Ausgang einer Schlacht, welche die ansehnlich verstärkte französische Truppen der vereinigten Corps der Armee meiner beiden H. Brüder der Erzherzoge Palatin und Johann K. K. H. gestern bey Raab geliefert haben, veranlasste dieselben, sich nach einer, auf die Möglichkeit dieses Falles schon früher berechneten Disposition mit ihren beiden Corps über die Donau zu ziehen. Dadurch dürften feindliche streifende Partheyen nun allerdings versucht werden in die hiesige Gegend vorzudringen und die nötige Sorgfalt für das Allgemeine gebietet mir für diesen Augenblick mich mit den mich begleitenden Stellen ebenfalls über die Donau zu begeben. Nachdem der Feind jedoch selbst die hiesige Gegend nur sehr vorübergehend betreten kann, indem die, den eingelaufenen Nachrichten zufolge ansehnlich verstärkte, mutvolle grosse Armee des E. H. Generalissimus solche wirksame Operationen sichert, welche dem Ganzen sehr bald eine günstigere Richtung geben, sofort auch die hiesige Gegend wieder befreien werden, so dass ich auf rühmlichst erprobten Biedersinn und die durch so schöne Handlungen und Opfer bewährte standhaftige Anhänglichkeit der hiesigen Einwohner an seine Majestät und die gute Sache umsomehr vertrauen, als für die möglichste Erhaltung der Ordnung gesorgt wird und alle rechtlichen Einwohner durch ihre Mitwirkung sich neue Ansprüche auf die Gnade unseres Soutenairs und auf die Liebe und auf den Dank ihrer Mitbewohner sich erwerben werden. Ofen den 10. Juny, 1809.

Erzherzog Rainer.

Capitale quarterium Aducis Joannis hodie est in Bós, in Insula, ubi hodie Archiduces Carolus, Joannes et Palatinus convenient. Fertur Joannem hic Posony vel Samariae Danubium trajecturum. Jaurinum non exarsit, imo nullum occasione proelii ibidem habiti fuit incendium, tres globi tormentales interiorem civitatem, quae autem per nostros tenetur, subintrarunt, suburbia tenent Galli, qui post pugnam, in qua 1700 nostri occubuerunt et 800 vulnerati sunt, versus Budam tendunt, generalis nempe Marmont et vicereus Italiae Boharnoa (sic!) Budae et Pestini magistratus civicus jam die 16. currentis typis promulgavit suam ad cives factam proclamationem, ut semet cum ingressu hostis pacifice gerant.

1-ten. Nach sicheren Nachrichten aus Spanien hat sich der König Joseph Bonaparte von Madrid eilends über . . . nach Paris geflüchtet.

2-tens. Der Feldmarschalllieutenant M. Chateler hat sich mit den, die Italienische Armee commandierenden Herrn Generalen Grafen von Gyulay Banus von Croatien bei Waraschdin vereinigt und rückt in Eilmärschen gegen Oesterreich und Oedenburg vor.

3-tens. Hat der Erzhg. Ferdinand die Pohlen bei Sandonir total geschlagen, ihr Centrum durchbrochen und mehr als 10,000 Mann zu Gefangenen gemacht worunter die Blessierten mitgerechnet waren.

Die 21. Juny. die Mercurii. Heri vesperi circa duo milia gallorum equitum vesperi ex Hungaria versus Wolfsthal iverunt. Hodie circa 100 currus gallici albis tegumentis tecti ex Austria versus Köpcsén et inde deorsum versus iverunt 4 equis praeiunctis. Ante meridiem circa 40 equites ex Köpcsény versus Wolfsthal ascenderunt galli. Nuncius ab Archiepiscopo (!) Zagrabiensi ad Archiducem Carolum 5 diebus itinerans coram iudice et consule hujate retulit, quod Chatteler et Gyulay iam Zgarabiae coniunctus sit, quod Chatteler 6000 regularis militiae et 2000 Tyrolensium, Gyulay vero 40 armatorum habeat et quod hodie jam Weszpremi sint futuri; quod idem nuncius Sopronii in captivitatem 5000 gallorum civitatem ingressorum propter defectum occasionis incidens, tandem iussu generalis gallici, cui se Zgrabiensem civem et militari veste ideo, ut securius hoc critico tempore itinerari possit, indutum esse declaraverat ad Hauptwacht deductus sed exinde in comitiva unius gregarii fine sumendi cibi ad diversorium missus, ibi intemulato vigile, mutatis vestibibus abiverit et passuales sub alio nomine a gallico Platzcommandantio impetraverit ac penes has remonstratas passuales demum Sopronio abiverit.

Joannes Szelezky, civis Samariensis retulit mihi, quod naves in trajectu Samariensi habitas nostra militia in potestatem suam redegerit et heri adhuc usque Püspökinum promoveri fecerit, ibidemque archidux Joannes Danubium trajecturus sit. Hodie noctu abibit Posonio ad castra Caroli regimen Orellianum equestre et complures

Landwehristae. Alia etiam militia ex inferioribus regni partibus eorsum tendit.

Certus huius civis retulit mihi, quod heri ex castris Caroli redierit, illuc pernas, laridum, tabacum et panem devexerit, libram pernae a 16 grossis distraxerit, observaveritque, nec in vino, quod a 20 xris bonae qualitatis per colonos austriacos exocillatur, nec in carnibus esse defectum, sed panis defectum subversari adeo ut unus cibo annonarius a 30 xris, pistoreus vero panis duplo pretio et ultra distrahi possit.

Elapsa nocte 5 cimbis nostri circiter numero 80 ex Divenio Danubium magnum trajicientes, devenerunt ad interiacentem exiguam insulam, ultra quam tres pontes galli efformatos habuerunt. per hos etiam pontes transeundo deprehenderunt gallos in nemore partim temulentos, partim dormientes, qui expergefacti hostem adesse observantes ad arma convolarunt, duos officiales nostros trajecerunt et 12 gregarios vulnerarunt, nostri factis compluribus ejaculationibus (dolendum, quod tormenta secum non attulerint) quinque gallis interceptis reversi sunt, multitudine gallorum coacti.

Ex insula Pétsen etiam elapsa nocte una cimba nostri ad Grichenau diverterunt, duo tormenta gallica ad Danubium praecipitarunt ac demum reversi sunt.

Heri audivimus, quod Angli, Portugalli et Hispani navibus Galliam intraverint et Ludovicum XVIII. in regem Galliae proclamaverint et quod Angli Tergestum ac portum fluminensem obsidione gallica liberaverint, facta ibidem navibus condensione.

Hac die prodivit hic Extrablatt de victoria in Tyroli contra Bavaros di 29 May a. c. reportata et de diversione gallorum die 16 currentis ad Comaromiensem ripam facta.

Die 22. Juny. Die Jovis-elapsa nocte hora media decima venerunt horsum suae Serenitates Caesareae Regiae Palatinus et Joannes ad palatium Primatis et hora undecima rediverunt.

Ferunt capitale quarterium eius hic Posonii futurum. E regione Püspöki ad ripam capitalis Rami Danubialis citeriorem observare licet naves, ad quas a supra Posonii complures aliae naves pergunt.

Galli unam cimbam Köpcsinio ad Griechenaviam direxerunt, quo etiam notabilis equitatus ex Wolfsthal veniens, semet illocant.

Circa horam 11½ antemeridiam tres currus, inter quos unus albo tegumine velatus, alii duo rhedas repraesentantes ex Wolfsthal Köpcsinium iverunt, circa primam pomeridianam autem 6 currus eodem tempore galli numero 14 inceperunt aggerem suum ad Engerau in ordine a dextris secundum dislongare (?) ex parte dextra coeperunt.

Adux Joannes a meridie horsum venit et condescendit in domo primatiali. Adux Ludovicus aequae venit et condescendit ad rubrum Bovem.

In Campis Köpcséniensibus omnes ibi existentes Galli exercitabant.

Die 23-tia Juny die Veneris : mane Samaria venit Adux Joannes cum suo exercitu ad summum 13 m. constituate Posonium hicque Capitale quarterium fixit, is inter acclamaciones Vivat condescendit in primatiali curia. Campamentum exercitus eius locatum fuit expascuo Civico ab ustrinis regularibus usque telonium civitatis. Regimina haec sunt : una divisio ducis Alberti ad regimen Blankenstein Huszarorum Ottianum, aequae Huszarorum ; Aducis Josephi Cataphracti ; Strasoldo, Alvinczy, Devoi, Eszterházy, S. Julien, ex quo 180 viri supersunt, dein Styriacum Landwerhr, ex quo 460 viri existunt, nec non Croatae. 16 mediae vini et totidem panis portionis erga pretium conveniens per civitatem huic exercitui prima die praestari debebant. Adux Joannes statim revidit situm aggerum nostrorum, quam et Gallorum. Insurrectionalis exercitus, qui iam etiam ad Samariam heri fuerat, ibidem ordines accepit versus Komaromium redeundi. Colonellus Comes Joh. Nep. Esterházy cum sua divisione Papae est, una cum comite Thadeo Amade. Post meridiem permanens deputatio Aducem Joannem in palatio primatis est venerata. Galli ex adversa ripa Danubii, signanter ex angulo, quem interruptus agger viae antehac postalis supra Engeraviam forat, avexerunt unum suum tormentum ad sua castra. Nudius tertius nostri ex Pötsén duo tormenta gallis in Griechenau existentibus ademerunt noctu. Aducis Joannis exercitus in Italia iam plane usque Montebello et Caldeiro penetraverat, dum ordines redeundi obtinisset. Sauciati huius exercitus missi sunt Albam et Quinque ecclesias. Graecii magna cum difficultate semet Jellasich generalis cum 2000 suis copiis coniunxit cum Aduce Joanne. Körmendini 5. diebus morabatur exercitus Aducis Joannis. In Italia ad Carigliano et flumen Piavam gravem gladem expertus est idem exercitus, amissis multis curribus, quia fugiendo recedere debuit. Infra Jaurinum tres naves frugibus oneratas ad molas pro commolatione stantes nobis ademit hostis, ex nostris multi in paludinoso locis luto immersi exire nequeunt periverunt et in manus hostiles inciderunt. Plane ad arcem Komaromiensem duo globi gallici tormentales ex civitate explosi penetrarunt.

Die 24. Juny. die Sabbathi : Elapsa nocte exercitus Aducis Joannis omnem hic Posonii in aggeribus et ubiubi excubantem ad castra Caroli spectantem militiam commutavit, illa ad Aducem Carolum abeunte. Hodie fertur, quod cras capitale proelium adux Carolus aggredietur, siquidem Napoleon die Lunae semet in Aducem Austriae Viennae coronari constitisset. Boharnoa et Davoust nec non aliorum duorum generalium agmina stant in regione Arcis Comaromiensis. Comaromii adest Chateler eo recte pertingens ; sed

tanto numero gallorum impar. Adux Joannes ante meridiem omnes hic existentes, secum allatos generales apud se.

Die 26. Juny vesperi hora decima inceperunt galli civitatem hanc globis igniferis oppugnare et continuarunt usque ad 28um tempus nocturnum. Prima die domus 51 in Capitulari platea et vicinia, igne e parochia, cuius in tecto stramen et foenum erat prodeunti, altera die domus 25 in subarcensi platea, incendio ex diversorio ad rubram crucem eveniente; tertia die iterum 51 domus, incendio in curia civica erumpente, conflagraverunt, qua ultima die domus quoque sptlis domini Michaelis Adonyi in platea Joannis, per me inhabitata, intra horam 1-am et 6-am pomeridianam conflagravit. Fertur suam Maiestatem Sam Napoleoni nunciasse, quod Dresdam, quae ad potestatem nostri generalis Amende dicti devenit, succendi curabit, nisi ab ulteriori incineratione civitatis Posoniensis destiterit. Distinctiores familiae Posonio ad vicinas civitates philagorias in proet montorio existentes semet receperunt. Meam familiam ad alodium Joannis Reitner penes Calvariam illocavi. Occasione attactae oppugnationis indictor ecclesiae aug. conf. addictorum gremialis pone ecclesiam Franciscanorum globo tormentali tactus in platea occubuit. Certum Judaeum in tecto laborantem et unum sodalem in Vödritz aequae globi mactarunt. Frustum unius Globi ad pavementum quoque meum intravit, plura ceciderunt ad hortum domus extramoenialis Adonyianae.

Die 29. et 30. Juny nec non 1, 2, 3tia July nihil accidit peculiaris, aliquoties tamen circa vesperam factae sunt ex tormentis reciprocae explosiones. Meam familiam die 30. Juny S. Georgium ad curiam Ctis Zichyanam, antehac Podmaniczkyanam dimisi. Aggeres erigi continuabantur.

Die 1-o July die sabbathi galli noctu oppresserunt nostras vigiliis penes ramum Danubii in diverticulo Alte Au dicto, interceperunt nostrum colonellum regiminis S. Julien, cum circa 200 viris. Cimbris duabus eundem ramum transeuntes dein efformarunt sibi ibidem formalem pontem et rem quoque tormentariam ad idem diverticulum invexerunt, sero vespere autem ex sylva ejate versus magnum Danubium appropinquantes contra nostros ad ripam magni Danubii e regione domini Landerer domus in aggeribus constitutos, innumeris vicibus explosiones fecerunt, per nostros etiam sonita tormentorum reciprocata. Ex parte nostra incepimus in primo in monte ad arcem proximo dextrorsum situato vallata in vineis erigere, unum in meditullio, aliud in apice eiusdem montis, dein subsequis diebus in arce quoque a sinistris vallatum erectum est.

A die 1. July die nempe sabbathi proelium inter capitalem gallicum et nostrum exercitum continuatur. Galli erectis penes Eberstorff tribus pontibus Danubium transiverunt. Possessiones Stadl Entzers-

dorff, Deutsch Wagram, ubi quarterium Aducis Caroli fuerat, nec non Wittau galli succenderant. Intra 4am et 5am July noctu immanis imber et ventus apud nos saeviens, incendiarios muros tecto nudatos deiecit, signanter etiam in domo domini Adonyi, quam inhabito, concidit murus praealtus versus plateam pileatorum et vicini pavementum perfregit, ancillam eius in cubili dormientem fere mactavit, lateribus super tectum eius cadentibus oppressam, ast mox edito clamore liberatam. Die 5to July hora 4a cum certo comite Castiglione, inferiore locumtenente Tergestiensium venatorum abivi pedes ad montem Diviniensem spectaturus proelium et ardentis praedictas possessiones. Circa mediam noctem descendi ex monte et perveni ad ripam fluvii Moravae ad vigilias nostras ignem foventes, ibidemque moratus, posteaquam una compania e regimine Boulleiano, quae per hostem abscissa fugiebat, ex adversa Moravae ripa ad nos per traiectum venisset, locumtenens eiusdem centuriae comitem mecum existentem pro suspecto habuit eundemque, me quoque, societatem eius deserere nolentem, Divinium secum abduxit et ad domum vigiliarum illocavit, ubi tota nocte mansimus; mane dein per supremum vigiliarum praefectum eiatem examinati et libere dimissi sumus. Hac nocte pons navalis, qui ante biduum ad Posonium exstructus fuerat iterum laxatus et amotus est. Hac die nempe Martis hora decima antemeridiana accepit Adux Joannes ab Aduce Carolo humanissimas litteras, quibus eidem scribit; ich will Euer Lübben Gelegenheit geben, zur Rettung unseres Hauses morgen, bei der erfolgenden Hauptschlacht, von welcher unsere Existenz abhängt, mitzuwirken und an den linken Flügel sich an zu schliessen. Adux Joannes tantum prima hora nocturna abhinc movit et ideo tarde venit, seque amplius cum nostris copiis coniungere non poterat.

Die 6. July seu die Jovis. A hesterno vespere nullae observatae sunt explosiones in loco attacti proelii usque vesperam subsequam. Hac die tamen ardebat iterum aliqua alia possessio. Galli, qui praecedanea die exercitum nostrum ad 3 miliaria recedere coëgere, hac die ipsi ad notabilem distantiam versus Danubium recesserunt. Heri sinistrum exercitus nostri latus, Landwehristis stipatum summopere per gallos impetebatur, qui copias nostras ex parte sinistra circumvenire conabantur. Regimen Poulleianum maxima parte deletum et interceptum est, colonellus quoque eius interceptus est. Vicecolonellus vulnere accepto interceptus extitit. (Die 5. Julii misi Domino Celsissimo Pálffy 2000 fl.) Praeterita nocte exercitus Archiducis Joannis (relicta pro tegendis vallatis exigua manu) Posonio ad magnum exercitum abivit, mane regimen Ottianum equestre sequebatur una cum nonnullis insurgentibus. Galli ex castris suis Köpcsényiensibus et Engeraviensibus iam una die prius abiverunt aequae versus suum magnum exercitum.

Die 7a Julii : Veneris. Nudius tertius venit horsum illustrissimus d. referendarius aulicus Faÿ, qua commissarius regius, qui per incendium ad extremam paupertatem redactos conscribi curat et de providenda cornibus hac civitate sollicitus est. Hodie duo regimina equestris Hungaricae insurrectionis, quae die Martis abhinc usque Marcheg ascenderunt horsum redierunt at adhuc hodie ad Bős, unde venerunt, redibunt. Duo agmina pedestria insurrectionalia infra Bős Danubium heri transiverunt, Jaurino hostem ex 400 praesidiariis subsistentem propulsura. In Bős et Comaromii 13 m. equitum Insurgentium numerantur. Proelium in Marchfeld fervebat pro nobis favorabiliter. Hac die dominus Benzur colonellus in Alten Au delineationi peripheriae intentus, per vigiliis Gallicas interceptus est.

Die 8a July Sabbathi. Elapsa nocte a hora 12 usque 6am matutinam Galli ex diverticulo Alte Au aggeres nostros e regione domini Landerer habitos ternis vicibus invaserunt et prima quidem vice (Landwehristis nostris ac artilleristis somno vacantibus) iam aggeres nostros subintrarunt, duo tormenta ademerunt, sed postquam nostri evigilassent, semetque ad ordinem locassent, ex aggeribus pulsi sunt et tormenta illa duo, quae ex silva auferre et remove non poterant, recepimus. Interea naves ad pontem navalem spectantes, quae penes adversam ripam collocatae erant, abinde remotae et ad interiorem Mühlaviae, seu potius Brenner ripam devecti sunt. Circa horam octavam mane venerunt via ex Pahrendorff ducente 13 currus gallici pulverarii et 4 tormenta, inter quae unum Haubitz et unum mortarium visebatur, substiterunt in castris ad Köpcsénium, quinus que seram noctem equos ejunxissent. Post meridiem hora 5a nostri e regione domini Landerer trans Danubium gallos in Alte Au sunt aggressi et eos usque fere ad traiectum, quem galli sibi efformarant, retruserunt, sed galli mox ampliores suppetias nacti, iterum nostros usque aggeres repulerunt, aggeres tamen aggressi non sunt, sed in silva manserunt, nostri vero iterum eos inquietabant in silva dispersos ; durabat haec reciproca persecutio usque horam 8am vespertinam, qua occasione globus tormentalis gallicus ad civitatem pertingens, pistorem Murmann in Kohlplatz, penes ferropolam Pallehner habitantem et cum eodem ferropola colloquentem, cui priori unum pedem fregit, in area domus tetigit, et filiolum 8 annorum domini Pallehner mactavit sed et filium eiusdem Murmann auditu privavit. Vesperi archidux Joannes Marchfeld horsum rediit et hac nocte exercitum quoque eius horsum rediturum dicunt.

Die 9. July 809. Solis. Dicitur archiducem Joannem solitarium abhinc hodie mane iterum versus Marchfeld redivisse, sed hoc non est verum. Incipiunt pontem navalem restabilire. Captivi gallici ex Alten Au horsum heri allati dixerunt, propositum gallorum fuisse, hodie pro prandio civitatem hanc subintrandi. Nuper audivi, quod

Galli, quamprimum Jaurino potiti fuissent, ibidem vini mediam a xris 8 et libram bubulae a 10 xris limitaverint. Post cras Posony à 20 xris erit caro. Hostis Marcheginum succendit et oppugnat; Brunensem viam ingressus esse dicitur. Rosenbergium persequendo generales Hessen-Homburg, d'Asper occubuerunt penes magnum exercitum. Cras hora 1-ma pomeridiana vult Adux Joannes Danubium transire.

Die July 10. Lunae noctu circa horam 12-am usque 2-am castra huiatia per pontem transiverunt quidem una cum tormentis, sed hora 4. matutina, summa cum celeritate redierunt, pontem dissoluerunt, aggeres vix 400 militibus tuendos reliquerunt, Insulam Petsen penitus evacuarunt et praecipitatis ad Danubium tormentis deseruerunt eandemque galli statim subintrarunt et abhinc Samariam discesserunt, inde ad Bős ex inde Comaromium itura.

Die 11. July, die Martis, a meridie galli nostros in aggeribus constitutos aggressi, partim minoribus, partim tormentalibus globis, ad civitatem etiam pertingentibus impetierunt usque serum vesperum eosdemque ex aggeribus depulerunt. 70 eorum interceperunt et alii eorum navibus semet horsum salvarunt. Generalis Bianchy remansos ad Cassarnam Danubialem illocavit. In castris a tergo civitatis sola insurrectio equestris Trencheniensis mansit.

Die 12. July die Mercurii generalis gallicus Baraquay d'Hiller ad magistratum civicum hujatem litteras misit, quibus mediantibus petiit et volatilem pontem et navalem restabiliri sibi que tradi et inde pendebit, qualiter galli erga hanc civitatem semet gesturi sint. Litterae hae devenerunt ad manus generalis Bianchy, qui respondit, litteras has ad magistratum civicum devenire non potuisse, quia idem Generalis hic adesset adeoque desideratos pontes denegavit, caeterum reflexit, ne innocenti civitati, alioquin damnificatae maius malum inferatur. Permanens deputatione cum civitate mixta, in curia civica considens deputationem ad generalem Bianchy misit, reflectando eum, quod civitati gravissimum immineret periculum adeoque praestaret cum hoste capitulare, quam novam bombardement experiri. generalis Bianchy reposuit non esse in sua potestate capitulare aut admittere capitulationem, sed tantum ad casum effectivae oppugnationis censeret, unum civem cum adjungendo militari parlamentario mittendum ad hostem esse, ut 48 horas indulgeat, donec puncta capitulationis apponentur. Hac jam die 5 Galli equites cum uno officiali Stomffa comparuerunt et requirendo pro se cibum ac potum demandarunt pro 200 suis proxima nocte eorsum venturis provisionem. Judex nobilium Stermenszky ad permanentem deputationem scripsit, quod ex una parte 14m., ex alia 17m. galli versus Posonium a supra tendant et fertur, quod vigiliae nostrae ad Neudorf conflixerunt cum Gallis. Adux Carolus ultra Znaim tegit Moraviam et Bohemiam, parte Gallorum ad Holitsch tendente. Ex adversa Danubii ripa Engera-

viensi, galli per ramum inter magnum Danubium et inter Engerau currentem, restabiliunt pontem (Laufbrücken dictum) quem nostri ibi permiserunt. Hac die intercessit direptio Magazini regii e regione Mühlaviae situati per nostros Magazinarios admissa, qui sub initium unum saccum tritici a fl. 5. dein unum currum tritici aut siligni a 6 florenis vendebant confluenti populo. Triticum purum erant 1600 metra Posoniensia, siligo 600 m. P. et nescitum, qualis quantitas farinae ac foeni.

Die 13ta Julii die Jovis accepit hora 12-a meridiana generalis Bianchy a generali gallico . . . in Schlosshof existente copiam armistitii in Znaym heri ad 30 dies, cum conditione 14 dierum praeviae edictionis initi, cuius conformitate linea demarcationalis a civitate Brunnensi inclusive versus Szt. János inde Posonium et ad mediam horam distantiae a Posonio computandae, dein usque Jaurinum aequae inclusive, abinde vero fluvio Arabone limites ponente, pactata est. Circa portum fluminensem, quem etiam demarcationalis lineae Galli includere volebant, noster generalis Wimpffen reservatam interposuit et hoc punctum Aduci Carolo substravit. Fuit hic 5 diebus illustrissimus dominus referendarius Fáy cum aulico concipista domino Joanne Pachich, qua commissarius regius, ut investiget indamnicatos per oppugnationem damnum passos, sed ante adventum Saxonum redivit Pestinum.

Die 14. July Veneris. Mane nostri milites et divisio Trenchiniensis comitatus de armistitio nihil sciendo, gallo saxones ad Stomffam aggressi sunt, sed victi complura tormenta amiserunt. Cecidit hic vicecolonellus insurrectionis incl. comitatus Trenchiniensis dominus Baros, reliquis officialibus fuga praematura elapsis. Tandem adhuc ante-meridiem, postquam de armistitio utraque pars edocta fuisset, captivi ad invicem commutati et tormenta nobis restituta sunt. Permanens deputatio repraesentationem ad suam Maiestatem Sacratissimam expediet orabitque ut gallis vi armistitialis conventionis civitatem hanc ingressuris de alimentatione provideat et infelicitatem huius civitatis in benignam sumat reflexionem, efficiatque, ne maior gallo- rum numerus horsum veniat. Hora 6a venerunt quartiriorum magistri Capitanei Lurat et Herdits et indixerunt quarteria et provisionem pro 9000 peditibus et 2500 equitibus usque horam 8am venturis ex Marchfeld, copiae hae Saxonicae effective venerunt vesperi generali divisionali Regnier in domo interna Primatiali, generali Zsefchvitz (?) in Viczayana, generali Bolentz in Leopoldo Palfiana, generali Cseszau in Illésházyana quarterium nactis. Colonelli fuere sequentes: Langenau, Feilits, Gutschmid et Steinl. Ex generalstab sequentes officiales: Vinkler, Hojer, Raabe, Hahn, Litgau, omnes hi in maiorem Ormosianam illocati. Dein tres divisionales generales, 4. brigaderii, 1 chef d'état major, 160 officiales. 18 equitatus officiales stabales,

144 alii equitatus officiales. Ex pedidatu sunt inquarterisati in arce 4000, in aquatica cassarna 1500, in domo consilii 300, in domo scholari Jesuitarum 100, in domo Commentantis 200, in domo praepositi 200 in Schlossberg 540, in civitate 2160. Civitas inter plateas talem fecit repartitionem

ad interiorem civitatem illocavit	260
ad Vödritz	160
Nonnenbahn Gaisgassen	75
Windgasl et 4 Eimergasse	60
Hochstrass	140
Schöndorffer	150
Spitalgassen	155
Donaugassen	125
Donauneustift	155
Mertelgassen	100
Hauergassen	125
Valoner	160
Obere Landstrasse	210
Obere und Untere Kreuzgasse	180
Holler und Felber-Gasse	160
Summa	2215

Apud me fuit in quarterio inferior locumtenens de Nostitz cum suo ephebo Georgio.

A 14ta usque 22dam inclusive : pons volatilis per gallos isthic extructus, adeo exiguus, uti vix 60 equos sustineret, pro alio quoque navali ponte fiunt apparamenta. Vicerex Italiae die 18. currentis advenit, quin permanens cottus deputatio me quoque praesente salutavit ac una, ne onera gravia nobis imponantur, requisivit. Respondit affabilissime : Omne bellum esse malum, minimum, quod belli calamitas causare potest, Posonii futurum, utut nos bellum inchoaverimus. Generalis Riece producendo coram permanente deputatione ordines a Mareschallo Daru ad se datos declarat, se esse pro Generali Intendente, generalem vero Daru pro gubernatore, partis Hungariae lineae demarcationali inclusae denominatum, seque esse praesidem deputationis permanentis ; Vicecomitem autem Galgótzy pro vicepraeside subordinavit et petiit requisitiones in frugibus 12 m. cent. tritici, 12 m. siligini, 20. m. foeni, 15 m. straminis et 40 m. avenae ; ex hac requisitione comitatu et civitati Posoniensi unam sextalitem imposuerunt, sed tandem erga preces nostras reduxerunt ad 1145 mtr. tritici, et 2245 metr. silignis usque 8am Augusti administrandas. Quaestori Jurinák haec admediatio concedita est, qui tritici metretam a florenis 22 et sillignis a flenis 19 administrabit. Constat haec quantitas 94 m. flenos ; Sua Serenitas Regia regni palatinus proportionem inter

civitatem et comitatum determinabit. Die 21. currentis venit Posonium exercitus italicus aequae ex Marchfeld circa 6000, sed nocte hic extracta, hodie abhinc discessit Kismartonium, inde ad Styriam iturus. Heri et hodie praefatus generalis Riece, visitavit cassas publicas regias; in contributionali civica invenit 28 florenos, in postali 1600 florenos, in vicesimali nihil, in salis officio nescitur, officiales, cassas has manipulantes stabilivit et relictis in cassa pecuniis, illos posthac a se dependentiam habituros declaravit. Die 16. currentis missa fuit deputatio ex comite Francisco Amade et senatore Kuntze ac centumviro Veber substinens ad suam maiestatem Ssam Comaromium, cum repraesentatione ut sua Maiestas auxilium ferat huic civitati et comitatui. Sua Maiestas promisit in genere se iuvamen mutatis rebus adiunctis allaturum. Fuit ibidem praesens sua Serenitas Regia Palatinus, Primas et archidux Joannes ac Chateler; Primas quoque pollicitus est, se omnia facturum, quae pro iuvamine Cittis Posoniensis efficere potuerit. Die 20. currentis fuit saltus publicus apud generalem Regnier in honorem viceregis Italiae in domo primatiali, duravit a hora vespertina 8a usque 2am nocturnam, sed ex sexu foemino, utut 40 erant invitatae, nonnisi circa 15 comparentibus et ex his nonnisi 6 saltantibus, ob defectum saltatricum, multum de solennitate decessit. Ipse vicerex Italiae saltabat germanice cum domicella Ormosdiana. Coena hora undecima fuit opipara. Rex Italiae nudius tertius die nempe 20 abivit Viennam, amplius non rediturus.

Die 23. July. Solis obtinuit permanens deputatio mandatum a generali Riece infra subnexum, quo mediante contributio 1505882 $\frac{35}{100}/\frac{13}{51}$ francorum civitati et comitatui huic imponitur et fruges praevia die petita imputabuntur, quae reductae sunt ad 1176 metretas tritici et 3334 metretas siliginis. Permanens deputatio misit repraesentationem ad Augustum regem castrum Comaromium cum exmissis signanter comite Joanne Amade et domino Joanne Niedermayer ordinario notario civico, nec non Petro Veber centumviro. Suasit sua maiestas, ut solennis deputatio ad Napoleonem mittatur, quae pro delaxata supplicet, caeterum obiectum contributionis huius ad diplomaticam pertractationem assumi non posse, declaravit. Exmissi redierunt nonnisi die 25ta currentis, qua immanis imber hic saeviens, pavimenta nostra, tecto nudata penetravit.

Die 24a July Lunae. Idem generalis Ricce ad Inclitum Comitatum Mossoniensem abeundo, ibidem contributionem imposuit sequentem: In totalitate 1054117 francos $64 \frac{36}{100}$. In horum imputationem autem 1848 centenarios tritici, 1479 $\frac{56}{100}$ centenarios siliginis, 6829 $\frac{26}{100}$ metretas avenae, 3414 $\frac{63}{100}$ centenarios foeni et 2560 centenarios straminis.

Praeterea

I ulnae latitudinis	3946 $\frac{8}{100}$	ulnas panni pro Caputrock
	3130 $\frac{33}{100}$	do caerul. pro vestibus
Panni	162 $\frac{37}{100}$	do rubri pro exposituris
	2656 $\frac{12}{100}$	do albi pro galigis et pectoralibus
Telae $\frac{7}{8}$ ulnae la-	} 10040 $\frac{90}{100}$	Futterleinwand
titudinis		526 $\frac{16}{100}$
Telae $\frac{2}{3}$	15784 $\frac{31}{100}$	ulnae pro Indusiis
	2470 $\frac{59}{100}$	W Cutes bovinas
	12682 $\frac{06}{100}$	W Cutes vaccinae pro Patrontasche
	988	frusta cutes Vitulanae
	14	equos.

Obiiciebatur eidem generali dominos terrestres in persona non adesse, officiales autem activitate carere dominos suos obligandi, respondit, culpae suae adtribuant domini terrestres quod absint, id fieri debere.

Die 25 et 26 July nihil peculiaris.

Die 27, 28, 29. et 30. July fui Viennae, qua condeputatus J. Comitatus Mossoniensis fine impetrandae relaxationis contributionis J. comitatus Mossoniensi impositae.

Litterae generalis Ricce ad permanentem deputationem.

Posonii 22. Julii 809. Honorem habeo significandi vobis Domini Mei ! Suam Imperialem et Regiam Maiestatem vigore decreti die 7 h. emanati contributionem pro Hungariae comitatibus, qui hoc tempore eiusdem copias occupati sunt, defixisse 1505882 francorum, 35 et $\frac{13}{51}$ centesimarum in hac summa vos comprehendimini. Contributio haec solvetur in ratis decimis per quoslibet decem dies dependetur autem una quarta in schaedis bancalibus Viennensibus aequivalenter cum moneta Gallica secundum cursum ; et hunc schaedarum bancarum cursum ego determinabo tempore uniuscuiusque solutionis. Altera quarta pars acceptabitur in naturalibus aut administrationibus post emanationem suprafati decreti requisitionaliter defixis, et solae requisitiones nomine domini generali intendentis Comitatus Daru factae poterunt imputari, adéoque requisitio 1176 metretarum tritici et 3334 metretorum siliginis, pro quarum depensione Vos cum domino Jurenák die 22 huius contraxistis imputabitur in hanc contributionem.

Pretium, in quo administratae fruges imputabuntur ad rationem contributionis regulandum veniet per dominum intendentem generalem, alterum contributionis dimidium depurabitur in aere parato aut alteris campsoialibus, quas pro validis agnoverit dominus de Bouillierie administrator fundorum occupatarum provinciarum, cuius residentia stabilita est Viennae. Sua Maiestas disposuit exsuper, ut Hungaria praestet requisitionem mercium, quae ad vestimenta et instructionem suarum copiarum idoneae sint

Comitatus autem Posoniensis itidem comprehenditur in ista requisitione, quae imputabitur in contributionem aeris parati pro sequenti qualitate, quae ad magazinum Graezense ac Viennense administrantur secundum expositionem adnexam his quantitativibus :

In latitudine 1 ulnae de longa mensura gallice intra duos limbos	}	Graezium	5637	ulnae $\frac{1}{4}$	panni pro togis (caput)
		detto	4471	do $\frac{86}{100}$	panni caerulei pro vestibus (habits)
		»	239	do $\frac{96}{100}$	panni rubri pro ollaribus et exposituris
		»	3794	do $\frac{1}{4}$	panni albi pro pectoralibus et galigis
In latitudine $\frac{7}{8}$ ulnae	}	»	14344	do $\frac{10}{100}$	ulnae telae pro doublure (futterleinwand)
		»	751	$\frac{63}{100}$ do	Eeme (?) unge- bleicht
In lat. $\frac{2}{3}$ ulnae	}	»	22549	$\frac{2}{100}$	panni pro indusiis
		»	18117	W corii vaccini	pro Gi- bernes (Patrontas.)
		Viennam	3529	W corii bubulini	(butfles)
		do	1412	pelles vitulinae.	

Quantitates hae designantur in ulnis et libris gallicis et in eo casu, si panni et telae non haberent praescriptam latitudinem, defectus latitudinis compensari deberet in longitudine. Qualitas mercium, prout fieri potest debet correspondere paradigmatis hicce adnexis, cogor autem vobis in antecessum notificare, non esse eas merces acceptandas, nisi postquam per expertos iudicatum fuerit, eas idoneas esse. Proinde vestra interesse, domini mei ! ut ad modiatores harum mercium bonae qualitatis materialia praestant, secus enim reiicerentur. Resignabuntur autem haec omnia ad magazina exercitus coram uno commissario bellico, qui receptionem inseret protocollo.

Sua Maiestas intendit aequae, ut administrantur equi intra 5 et 8 annos aetatis habentes, altitudinis 4 pedum 8—10 pollicum, idonei ad servitium sui exercitus. Comitatus Posoniensis in hac administratione continetur cum 20 equis et istud imputabitur in contributionem aeris parati, singulus equus in 360 florenorum valore. Horum 20 equorum administratio debet peragi ab hodie intra 15 dies Viennam, mittentur autem domino Theremin, maiori inspectori generali apparatusum. Dispositiones hae directe ab imperatore promanant, debent in executionem abire intra defixos terminos et iuxta earum tenores ; persuasumque habeo, domini mei ! agnoscere vos necessitatem, ut iisdem vosmet conformetis. In reliquo velitis accipere

declarationem meae altae considerationis. Intendens Hungariae, Ricce mp. G. d. B. Dominis repraesentantibus Comitatus Posoniensis.

Proclamatio.

Schönbrunn in Austria d. 15 May 809.

Hungari !

Austriae imperator pacis tractatibus infidelis, immemor beneficiorum, quibus eundem tribus bellis superior signanter anno 1805 tam generose cumulaveram, novo me bello involvit, exercitum meum adgressus. Ego iniuriosae eius invasioni obviavi. Deus, Victoriarum largitor, qui ingratos et foedifragos non sinit esse impunes, armis meis benedixit. Metropolim Austriae Viennam ingressus, sto ad limites Regni Vestri. Austriae imperator is est, non rex Hungariae, qui mihi bellum indixit. Iuxta patrias Vestras constitutiones, absque consensu vestro neque tale suscipere potuisset. Sistema vestrum, quod semper defensivum fuit et institutum defendendae patriae in ultima regni diaeta per vos assumptum, documento mihi sunt, unica esse omnium vestrorum desideria conservandae pacis.

Hungari ! Advenit vobis nunc illud momentum temporis, quo independentiam regni Vestri denuo obstinere potestis. Pacem vobis offero, solidam ac nullo tempore alterandam integritatem moderni territorii vestri, perfectam libertatem, salvam constitutionem vestram sine ea in eodem statu prout nunc est maneat, sive pro bene placito vestro habita ratione temporum ac circumstantiarum alterata aut modificata fuerit, in vestro stabit arbitrio, eas ferre leges, quas vos ipsi pro communi vestro et concivium vestrorum bono, proficuas esse adinveneritis. Nihil a vobis desidero, unice tantum, vos liberam et independentem nationem videre volo. Unio vestra cum domo Austriaca infelicitatem vobis peperit, sanquis vester in longe dissitis regionibus pro ambitione domus Austriacae profunde batur et quidquid patria vestra pretiosum habuit, id totum Austriacis Germanicis haereditariis ditionibus immolabatur.

Regnum vestrum Austriaci imperii pulcherrimam effecit partem, et tamen patria vestra ad normam armis subiungatae provinciae ignotisque vobis principiis arbitrarie regebatur. Adsunt vobis nationales mores, adest nationalis lingua, iure gloriamini antiquae et gloriose et originis. Procurate tandem nunc denuo vobis existentiam nationalem, sitis hoc idem, quid olim fuistis ! date vobis regem, qui unice electioni vestrae coronam suam debeat, qui tantum pro gloria gentis vestrae regnet, qui inter vos habitet, qui tantum vestra nobilitate, vestris civibus et vestra nationali militia stipatus fuerit. Hungari ! Hoc est, quod Europa a vobis desiderat, quae oculos suos in vos conversos habet. Istud est tantum, cuius desiderio ego

teneor : stabilem pacem liberam mecum et confoederatis regnis commercii communionem ac absolutam coronae regni Hungariae inpedentiam. Tantum vos praestolatur praemium, si ante natis vestris et vobismet ipsis digni esse vultis. Hanc praecise in bonum vestrum tendentem generosam oblationem meam, spero non removebitis, neque pretiosum sanguinem vestrum pro eiusmodi debilibus principibus profundetis, qui continua serie corruptis ministris regerantur, quos Anglia auro suo emit, hostis nempe communis totius continentis, qui suas opes commertio suo exclusivo et nostris dissensionibus semper auxit et augere conatur.

Congregate vos, quo ocius in Campo Rákos et celebrate generalem statuum et ordinum regni, ab exemplo antenatorum Vestrorum congressum, deliberationesque Vestras, mecum communicate

Napoleon
ad mandatum Imperatoris
princeps de Neuschatel et major
generalis Alexander.

Die 25 et 26 Julii nihil peculiaris.

Die 27a Julii deputatio tam Comitatus Posoniensis (signanter excellens comes Josephus Szápáry, comes Franciscus Amade, Canonici Jordanszky et Rausch, ex parte civitatis Posoniensis capitaneus Kettner et centumvir Wachtler), quam et comitatus Mossoniensis (signanter perill. excell. dom. comes Jos. Szápáry, qua supremus eiusdem comitatus comes, magnificus dominus Joannes Teschenberg, spectabiles dni Jos. Andrásy, perceptor Paulus Alexander Scultety, fiscalis magistratualis, ego, dein Carolus Habermayer fiscalis domini Köpcsén, nec non spectabilis dominus substitutus vicecomes Mich. Zichy) ascendit Viennam cum instantiis ad imperatorem gallorum Napoleone directis pro relaxanda tota vel ad minus potiore contributione iisdem imposita secretarius imperatoris Mareschall Daru spem dedit boni successus. Sed tamen nec audientiam obtinuimus. Mareschallus Daru, cum quo nonnulli ex praenominatis deputatis locuti sunt, reposuit, id fieri non posse, quia quidquid nobis relaxaretur, id Gallicas civitates exercitui refundere debere, hoc autem semet admittere non posse. Canonico Jordanszky, qui iniustum esse, ut contributio durante armistitio exigatur, querulatus est, reposuit idem Mareschallus : quod civilistis partem hereditatis aut meritis partae substantiae amissuris, quae homo compatiatur quidem, sed ecclesiasticorum suspiria sint inania, quia facile dare possent ex eo, quod facile nacti sunt, adeoque suasit, ut quanto eius repartitionem inter nos faciamus, quia secus hanc ipse facere cogitur ita, ut status ecclesiasticus $\frac{1}{3}$ am, magnates tertiam et reliqui unam tertiam solvant. Idem fecisse nostros milites in Bavaria, Byruthi et in Saxonia. Eo non obstante instantiae nostrae

fuerunt eidem Daru exhibitae ut easdem suae Matti consignet. Rediuit haec deputatio post 8 dies.

Die 2. Augusti .Accepit magnificus Dominus consiliarius Joannes Teschenberg Óvarini litteras a consiliario Lirtler, staffetaliter ad se missas, insinuantes congressum Pacis M. Ovarini celebratum iri, adeoque, ut quarteria tria praecipua parentur, unum pro gallico legato Champagny, aliud pro russo Kurakim, tertio pro nostro Metternich.

Die 6. Augusti effective advenit Ovarinum legatus gallicus Champagny. Heri hic Posony consedit permanens deputatio intuitu repartitionis contributionis et civitati Posoniensi adrepartitae sunt duae quintae partes totius comitatus huic Posoniensi, in quantum demarcationali lineae includeretur impositae contributionis, quae efficiunt 602338 francos et in eo coalitum est, ut tam magnates, quam et capitulares hic domos possidentes sed et omnes liberae domus (absque tamen ulla pro futuris casibus consequentia) per civitatis magistratum taxentur.

Archiducis Ferdinandi copiae iam Galanthae esse dicuntur, archiducis Caroli exercitus autem penes Holitsch, Fama fert, quod archidux Carolus officium Generalissimi, generalis etiam Lichtenstein munus suum resignaverint — quod noster Aug. rex dux totius exercitus futurus sit adlateratis sibi generalibus Bellegard, Hiller, Chateler et generali quartiriorum magistro Duka, qui ad hanc dignitatem nunc evectus est.

Die 7. Augusti fertur, quod Russi aquilas Austriacas (quas Poloniae insurgentes in tota gallicia deposuerunt et in vicem earum aquilas polonicas albas substituerunt, sed has quoque ex mandato Napoleonis deponere et gallicas erigere debuerant) restabiliri ac reerigi in Gallicia disposerint — quod iidem russi in comitatu Zempleniensi stent et omnia parato aere solvant; quod generalis Amende noster, qui Dresda cum initio armistitii abire nissus fuit, iterum Dresdam ingressus sit, — quod fruges Viennae in pretio valde ceciderint, adeo, ut una metreta siliginis a 5 florenis, una metreta a 8 florenis emi possit, quia ex Bavaria 60 navibus magna quantitas adlata foret — quod russi cum Turcis coniuncti civitatem Kronstadt penes Petropolim iam occupaverint et civitati residentiali minentur, nisi Russia Austriam juverit.

Die 7 et 8 Aug. Facta est in Comitatus Posoniensis permanenti deputatione repartitio 1505882 francorum. Obtigerunt civitati $\frac{2}{5}$, comitatus $\frac{3}{5}$, signanter

Comiti Joanni Batthyány.....	191115
Dominio Kolonicsiano Levard.....	80345
» Leopold. Pálffiano Stomffa	275680

Dominio Car. Palfy Malaczka	380000
» » » Dévény	54000
» » » Senioratus	15000
» » » Mariathal	3900
» Jeszenák ex Szt. János	1250
Civitati	602353
Intertentionales expensae	135000

Civitas Posoniensis medio deputatorum (sequentium consulis Schmidt, Senatoris Prochaczka, Ord. Not. Niedermajer, deinde centumviri Sessl, Tribuno Amos, Türts, Royko, Czechmann, Landerer, nec non praesente domino Splli Carolo Jablánszky) repartitionem Ratae sibi impositae instituit et adrepartitus est:

Primati	50000
Capitulo	22000
Praeposito	6500
Fundis eius	7500
Palfy Seniorats Hausz	10000
Palfy Sala cum Horto	10000
Seminarii domus in platea Capitulari	2000
Residentia Jesuitarum	7500
Clastrum olim Clarissarum	9000
Domus duae scholarum penes templum S. Salvatoris	3500
Xenodochium cum fundis	15000
Domus consilii	7500
Camera seu regnicolaris domus	16250
Nova et antiqua Tricesima	8750
Salis officium	5000
Posta	6250
Fiduciaria	3000
Magazina et domus Annonaria	15000
Navale officium	8000
Clastrum Elisabetinarum	1500
» Ursularum	4000
» Notre Damarum	1000
» Misericordianorum	3250
» Franciscanorum	300
» Capucinatorum	100
Com. Em. Esterházy	6000
Comitissa Szunyog	2000
Kettner	600
Zendy jun.	400
Schneller	600

Husztiana Vidua.....	65
Adonyi	800
mihi	120

Die 9. Augusti accepimus Vienna relationem Aducis Caroli super ultimo proelio ad Entzersdorff gesto suae Maiestati Sacratissimae factam, quam quia censor hujas Urbanus Horvath ad novalia gremialia imprimi non admisit haec describi curavi.

Die 10a. Novellae Viennenses habent, Aducem Carolum dignitatem Generalissimi resignasse, resignationem per suam Maiestatem Sacratissimam acceptatam et principem Lichtenstein suffectum esse.

Die 11. Aug. Fuit hic Illmus dominus Ignatius Bezerédy, consiliarius aulicus, qui retulit, quod Princeps Lichtenstein et Bellegard sint Mareschalli creati, generalis autem Chateler generalis galleriae nominatus sit. Heri venit Suit legati gallici Champagne M. Óvárinum.

Die 2. sept. Fuit Imperator Napoleon Posony revidit arcem et montes.

Die 26. sept. dissolutus est. M. Óvarini congressus pacis; comite Metternich Tatam, minister Champagny autem ad Schoenbrunn abeunte. Princeps Lichtenstein cum comite Bubna subsequa die per Ovarinum Viennam transeunte. Domestici tamen, tam Metternichiani, quam et Champagniani adhuc M. Ovarini remanserunt, qui demum nonnisi post octiduum etiam abivere. Ab hoc tempore fama fert, pacem jam esse confectam, eo a fortiori, quia generalis quarteriorum magister, Mayer, qui Ovarinum, cum principe Lichtenstein, die 26a currentis venerat et ibi remanserat, Viennam fuit vocatus, sine dubio ut circa limites Monarchiae consilio adesse possit. Fertur: quod Austriae partem trans fluvium Anesum sitam cum Archiepiscopatu Salisburgensi et Tyroli amittemus, quae cedent magnoduci Herbpolitano Ferdinando — quod item partem Galliciae 2½ milliones Impopulationis complectentem, amissuri simus, quae regi Saxoniae cedetur; quod denique 50 milliones in conventionali moneta ab aula nostra desiderentur et terrestrem ac fluminensem portum ad tres annos (donec pax cum Anglia quoque evaluerit) Gallis resignaturi simus.

Die 10. octb. Non obstante pacis rumore, tam nostri ad Szere-dinum, quam et galli Posonii in Mühlavia et Viennae circa civitatem ingentes faciant aggeres et pontes. Saxones jam a 3. circiter septimanis, in campamento Posonii intra regularias fornaces et viam Rétsensem constituentur. Civitas Posoniensis Xenodochium hujas, in quo ultra 2000 hostilium vuleneratorum et valetudinariorum militum sunt, certo judaeo Kinigstein in arendam elocavit, eidemque dietim pro singula persona solvit 3 fl. 18 xr. eademque civitas necessitate adacta a tribus inde diebus levat mutuo capitalia erga 6 fl. interesse et 12 fl. discretionem.

His diebus in comitatu Mossoniensi generalis gallicus requisivit 5000 ulnas panni permanens deputatio denegavit. Idea vicecomes Németszeghy, generalis perceptor Andrassy ordinarius notarius Sztelik et ordinarius iudium Szöllősy, quia vades usque Bruck abducti sunt, ibidem vero (excepto vicecomite in negativa perseverante) reliqui vades consensum praeberunt et una cum vicecomite dimissi sunt.

Diebus 14., 15., 16., 17., 18. et 19. Nov. gallo saxones Posonio abiverant versus Baden, primam stationem habebant in Fischament.

Die 20. intravit gralis Bianchy cum una centuria Stipsitsianorum Huszarorum et una phalange peditum Gradiscanorum civitatem Posoniensem. Obviam processit iisdem deputatio et concivitas, dein Hymnus Te Deum laudamus canebatur in ecclesia S. Salvatoris. Postea itum est ad prandium ad magnam Salam Reduttalem, ubi 84 personae, militares nempe officiales et magnates prandebant sumptu civitatis et permanentis deputationis.

Die 22. hora 2a pomeridiana advenit augustissimus rex horsum, cui deputatio obviam processit trans Danubium. Vesperi illuminatio in tota civitate fuit, praesertim in curia et turri civica. Rex magistratualibus civicis allocutionem facientibus reposuit: »Ihr habt Beweise gegeben von Eurer Treue«.

Die 24 hora 1a meridie magistratus civicus habuit audientiam apud suam Majestatem; dixit eisdem: Audivisse sua civitatem debita contraxisse, dum hostes hic fuissent, ordinaturum se commissionem in hoc merito operaturam.

Die 14 Decembris abivit abhinc rex Viennam penitus.

Die 11 Mai 810 copulata est Archiducissa Ludovica cum imperatore gallorum repraesentante Aduce Carolo Viennae. Quis belli finis?

VnIVersa stVpente eVropa
tV Vna
InVICtVM sVperastI
LVDoVICa.

Közli: SCHRÖDL JÓZSEF.

NÉV- ÉS TÁRGYMUTATÓ.

A.

- Abafalva* (Gömör m.), 549.
Abany János, 407.
Abauj m., 582.
Ablánczi Miklósné, Péter, 256.
Ablench, l. *Olines*.
Abony (Pozsony m.), 567. 568.
Abonyi Domonkos, 567.
Ábrán, l. *Kis*.
Ábrán Imre, István, Mihály, 468 ;
 — Pál, 469.
Ács (Komárom m.), 548.
Acsád, 30. 350.
Ácsok, 77.
Ádám Ferencz, 462.
Adásvétel, 124. 126—128. 169. 170.
 177.
Adó, 117. 272. 274. 280. 288. 289—
 290. 295. 336. 533.
Adonyi Mihály, 585. 594. 595. 607.
Assaloschney Katalin, 178. 179.
Ágák, 222. 225.
Ágocs, 412.
Ágostai hitvallású lelkészek, 549—552.
Ágynemű, 130. 211.
Ajka, 552.
Akoli Benedek, 571.
Alaghi Ferenczné, 428.
Alapsa (Tolna m.), 34. 36. 39.
Albert herczeg, 593.
Albinus István, 550.
Áldomás, 124.
Alföldi Ilona, Jónás, 429 ; — Miklós,
 419.
Alispánok, 4. 23. 27. 28. 47. 106 ;
 — Bereg m., 136. 137 ; — Mára-
 maros m., 23. 374 ; — Moson m.,
 608 ; — Pozsony m., 579. 587 ; —
 Szaboles m., 88. 92. 135. 136. 140.
 147. 275—277. 282. 290. 299. 302.
 343. 344. 352. 356 ; — Trencsén m.,
 276 ; — Vas m., 249. 250. 266. 267 ;
 — Zala m., 244. 268 ; — Zemplén
 m., 421.
Alistáli György, 548. 557.
Almásalja, 257.
Almási Pál váczzi püspök, 420.
Alsó-Apsa, 359.
Alsó-Domonya (Ung m.), 106.
Alsó-Karaszló, 475. 476. 478.
Alsónyíres (Máramaros m.), 411.
Alsó-Róna (Máramaros m.), 7. 366.
 369.
Alsó-Rónay Péter, 365. 366.
Alsó-Visó (Máramaros m.), 364.
Alstedius János Henrik, 452.
Alvares Alfonz, 332.
Alvinczy, 593.
Amadé Ferencz gr., 590. 600. 604 ;
 — István, 27 ; — János, 600 ;
 — Tádé gr., 590. 593.
Ambrus István, 473.
Am Ecke, l. *In acie*.
Amende, 594. 605.
Amos, 606.
Anda János, 467.
András leleszi prépost, 528.
Andrási Ferencz, 459 ; — József,
 604. 608.
Angalét, 468 ; — András, 468 ; —
 Ferencz, 469 ; — István, 469 ; —
 János, 457. 468 ; — Márton, 468 ;
 — Mihály, 469 ; — Pál, 468 ; —
 Péter, 472 ; — Sámuel, 468.
Anglia, 560. 592. 607.
Angyalháza (Hajdu m.), 32.
Angyalos, 296.
Anna királyné, 513.
Annepalhaza, 30.
Antal Gergely, 96.
Ányos Péter (Balogfalvi), 257.
Apad (Heves m.), 29.
Apafi Mihály, 159. 160.

Apai János, 457.
Apár (Tolna m.), 34. 36. 39.
Apáti, 34. 36. 39. 137. 268.
Apáti Mihály, 543.
Apka, 1. Obka.
Aprusa fiai, 4—6.
Apsay cs., 6.
Arad, 300.
Arad m., 32. 338. 347.
Aranyosszék, 394.
Ardó (Bereg m.), 117.
Ardó (Zemplén m.), 207.
Arlér György, 165.
Arokszállás, 347.
Árúk limitatiója, 281. 340.
Árvák, 197.
Aspern, 582. 586. 589.
Aszár (Komárom m.), 548.
Asszonyfalva, 222.
Asztalnok Mihály (Pederi), 250.
Asztalos András, 451.
Asztély, 470. 473.
Asztrik, 324.
Atia Erzsébet, 429.
Azar (Zemplén m.), 210. 409.
Azari Ferencz, 210 ; — Péter, 432.
Awadi Benedek, István, Vincze, 252.
Avas birtok, 1.

B.

Baba István, 412.
Bába puszta, 474.
Babics Dániel, Ferencz, György, László, Mátyás, Miklós, 476.
Babocsay Magdolna, 34.
Babolcsa, 212. 221.
Bábona, 282.
Bácsfa, 1. Boeh.
Bacska (Zemplén m.), 204. 416.
Bacskó, 426.
Bácsmegyey György, 479.
Bad (Tolna m.), 34.
Badikfalva (Gömör m.), 552.
Baditz István, 552.
Bagamér, 542.
Baghi György, 365.
Bagos, 536.
Bagyi János, 14.
Bahil Lőrincz, 549.
Bay cs. (Ludányi) Ádám, 466. 457 ; — Erzsébet, 455. 456 ; — Ferencz, 455. 456. 459. 460. 464—470 ; — György, 455—458. 460. 461. 463.

464. 473. 474. 476—479 ; — László, 459 ; — Mihály, 467—469.
Bajka, 412.
Bajnocz, 462.
Bajnok György, 551.
Bajom, 221.
Bajomi cs., 31 ; — János, 29.
Bajorország, 139.
Back Tamás, 164. 166. 443.
Báka, 151.
Bakai Benedek, 192.
Bakyt, 226.
Bakó, 275.
Bakocs cs., 6.
Bakócz Tamás esztergomi érsek, 153—158.
Bakonybéli apátság, 231. 323.
Bakos Bálint, Mária, 105.
Balai István, 205.
Balásér, 471. 474.
Balassa András, Ferencz, 104—106 ; — Kelemen, 221.
Balassi Simon, 308. 311.
Balázs leleszi prépost, 364. 366. 367. 372. 373.
Balázs Bak, 128 ; — Bencze, 124 ; — Pál, 473.
Balics Ferencz, János, Péter, László, 475.
Bálint István, 465.
Balka István, 215. 216.
Balkány, 30. 277.
Balla András, Bálint, Mihály, Miska, Pál, 472 ; — János, 539. 541. 544 ; — Pál, 474.
Balling György, 106.
Ballos György, 213.
Balog (Gömör m.), 101. 548.
Balog, 1. Tót.
Balog Benedek, 461 ; — István, 461 ; — János, 429. 462. 472 ; — Mihály, 470. 472 ; — Mihók, 208. 210 ; — Pál, 472 ; — Tamás, 405.
Balogfalvi Lőrincz, Mátyás, Miklós, János, Balázs, 256.
Bálya Mihály (Joódi), 6.
Balyik András debreczeni főbíró, 532. 534. 535. 543 ; — János, 536. 537. 543. 544. 545.
Bán (Tolna m.), 34. 39.
Bán István, 452.
Bana (Komárom m.), 548.
Bandics Domokos, 322.
Bánffy cs., 224.
Bánk cs. (Szarvaszói), 6 ; — János, 370.

- Bank* Ferencz, 171 ; — Miklós, 177.
Banckhart, 124.
Bányai Péter, 535. 537. 538. 541.
Bányák (arany, ezüst), 280.
Bányavárosok, 551.
Baracs János, 202. 209. 210.
Barancz Miklós (Hermáni), 257.
Barani Lőrincz, 180. 447.
Baranyai Pál, 4. 324.
Baranyavár, 225.
Baranyi Mihály, 533. 535. 536. 540.
 542—545 ; — Miklós, 284. 302. 304.
 336. 339.
Barát György, 470. 473 ; — János
 470 ; — Mihály, 473 ; — Tamás,
 470.
Barát Balázs, István (Jári), 244.
Baraguay d'Hiller, 597.
Barczánfalvi László, 510 ; — Vlád
 523.
Bardusi Bertalan és neje Margit, 252.
Bári Vid, 433.
Barkóczy Ferencz, 534. 535. 537. 541.
 542 ; — Istvánné, 115.
Barla Dorkó, 409. 430.
Baros, 598.
Bars, 548.
Bárson Balázs, 226. 228.
Barsi János, 209.
Bartha Boldizsár, 531. 532. 536—540.
 544. 545. — László, 88.
Bártfa, 52. 119. 120. 129. 162. 163.
 179. 445. 446. 481.
Bartfalva (Máramaros m.), 9.
Bartfalvi Stecz, 525.
Bartók Tamás, 449.
Bartholomei György, eperjesi esküdt,
 182.
Bartholomides János, 551 ; — Tamás,
 550.
Basák, 220. 224. 234. 236. 391—393 ;
 — Váradi : 532. 534. 539. 540. —
 Egri : 545.
Básó István, 466.
Bastehi Mihály, 157.
Bátor, 301.
Báthori Ötvös István, 537.
Báthory András, 377 ; — Gábor, 197 ;
 — István országbíró, 88. 377 ; —
 János, 535—537. 539. 543. 545.
Bátorkeszi István, 547.
Bátov (Hont m.), 549.
Battyán (Zemplén), 207. 210. 433.
Batthyány Ferencz, 453 ; — János,
 605.
- Baumkircher* András, 28.
Bazin, 321. 587.
Beauharnais olasz alkirály, 591. 593.
Bécs, 33. 217. 229. 237—239. 276.
 383. 385. 386. 450. 452. 552. 557.
 581—583. 589. 593. 601—605. 607.
 608.
Becslés, 941. 943.
Becsületsértés, 59. 60—62. 84. 131. 178.
 179. 201. 205.
Beczko, 307. 310. 311.
Bedő, 373.
Bedey Illés, Iváskó, István, János,
 György, Lőrincz, 373 ; — Mihály,
 373. 512 ; — Sándor, 373 ; —
 Tamás, 366. 370. 373 ; — Tivadar,
 373.
Beder Pál, 269.
Bedő (Máramaros m.), 373.
Bedő András, 195. 207 ; — Ilkó, 207.
Bedőházy Eliás, 360 ; — Sztankó,
 19. 20.
Begán, 378.
Begani György, 378.
Bégek, 98. 220. 222—225. 234.
Begthey cs., 212 ; — János, 219.
Begler bég, 220.
Begyován, l. Bedey.
Beinlich Márton, 329.
Bejczy István, 425.
Beythe István, 449. 450.
Beck Gergely, 166.
Bekeni Szabó János, 97.
Békés m., 463.
Békési János, 209 ; — Jánosné, 194.
Bél (Magyar-, Német-, Pozsony m.),
 570. 571. 573.
Béla (IV.), 570.
Béla (Nagy- és Kis-), 158.
Bélai apátság, 322. 323.
Bélai Barabás, Gergely, János, 157.
Belendes István, János, 465.
Beléry István, 29.
Beleticz (Morvaország), 39.
Belgiojoso, 95. 97.
Béli Dámián, 571. 572 ; — Domokos,
 570—572 ; — Erzsébet, 577 ; —
 Mátyás, 571 ; — Miklós, 577 ; —
 Reun, 571 ; — Róza, 577 ; —
 Tamás, 571 ; — Toposz, 577.
Belisch Lassil, 129.
Bellegard tábornok, 605. 607.
Bellobradinus Pál, 549.
Belovics báró, 335.
Bélteky, 352.

- Bély*, 418.
Bencs Pál, 461. 462.
Bencz Mihály, 164.
Bencza Mihály, 169. 176.
Bencze, 166.
Benczur, 596.
Bencze (Kricsfalvi) András, Miklós, 515.
Benda Bernát, 322.
Bender Hannus, 125. 128.
Benedek-rend, 321—335.
Benedicti Máttyás, 549.
Benian (Rotarides) Tamás, Tobiás, 551.
Benkovicz Zakariás, 549.
Bénye, 194. 204. 410. 421.
Bényi János, 431.
Berchtold Antal gf., 36. 37. 38.
Bercsék cs., 469.
Bercsényi Miklós gr., 141. 143. 147. 281. 282. 304—306. 337. 339. 344. 347. 348.
Berczeli János, 429.
Beretiz Dániel, 453.
Berezcki, 207. 409. 432.
Berezcki Péter, 427.
Bereg-Bösörmény, 303. 356.
Bereg m., 13. 15. 18. 116—118. 136. 137. 140. 145. 285. 294. 306. 346. 377. 457. 464. 465. 467. 469. 472. 477.
Beregszász, 116. 117. 137. 474. 479.
Beregszászi István, 549. 560.
Beregszász-Vig Ardó, 471. 474.
Berei Miklós, 408.
Berény (Tolna m.), 34. 36. 39.
Béres Balázs, 417; — *Ferencz*, 416; — *István*, 467; — *János*, 462; — *Mihály*, 462. 463. 465. 467; — *Miska*, 462.
Berettyó, 532.
Berettyó-Ujfalú, 340. 341. 342. 354.
Berezná (Máramaros m.), 367.
Bergely István, 426.
Berhidai Miklós, 552.
Béri András, Boldizsár, István, 261.
Bernád János, 412.
Bernát Mártonné, 207.
Berta Jánosné, 207.
Bertók András, 418; — *János*, 208. 412. 418; — *Lukács*, 41C.
Bertóthy István, 293.
Berzencze, 212.
Berzete Miklós (Monostori), 42.
Besenyői János István, 256. 257; — *Loránt*, 365.
Bessenyei Zsigmond, 272. 275. 276. 277. 282. 290. 293. 299. 302. 343. 344. 352. 353. 356.
Besztercze, 310. 311.
Besztercebánya, 551.
Betegség, 237. 313. 314. 316.
Bethlen, 553. 554.
Bethlen Ádám, 465; — *Elek*, 379. 381. 384. 386. 388. 390. 392. 393. 395. 396. 398. 403. 405; — *Ferencz*, 378. 379. 387—391. 406; — *Gábor*, 98; — *István* 1636. évi támadása, 378—406; — *Péter*, 378. 379. 391. 397.
Bezéd, 151. 291. 416.
Beze Miklós (Hermáni) 257. 260.
Bezeredy Ignác, 607; — *János*, 268.
Bianchy tábornok, 582. 584. 586. 588. 597. 598.
Bihal (Pilis m.), 34.
Bihar m., 30. 197. 284. 289. 290. 294. 299. 303. 306. 338. 347. 356. 381. 394. 463. 464. 538.
Bihari földvár, 353.
Bika András, 237.
Bilkey András, 365. 367. 377; — *György*, 521; — *Illés, István, János*, 367; — *Ivaskó*, 377; — *Mihály*, 377; — *Miklós*, 365. 367; — *Péter, Sándor*, 367.
Binder András, 446.
Bír (Szabolcs m.), 94.
Bíráskodás (városi), 52—87.
Birge István, 195. 208.
